FOLIO

22101233492

T. XI

DR. ERNST DARMSTAEDTER
No. 60B
COLLECTION

YHB. 342
(Folios)

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b31361407_0002

CODICES

EX ECCLESIASTICIS ITALIAE BYBLIOTHECIS

DELECTI

PHOTOTYPICE EXPRESSI

IVSSV

PII XI PONT. MAX.

CONSILIO ET STVDIO

PROCVRATORVM BYBLIOTHECAE VATICANAE

VOLVMEN II.

IL CODICE CCCCXC

DELLA

BIBLIOTECA CAPITOLARE DI LUCCA

OTTANTATRE PAGINE PER SERVIRE A STUDI PALEOGRAFICI

SCELTE DA

LUIGI SCHIAPARELLI

E

RIPRODOTTE IN FOTOTIPIA

A CURA DELLA

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

TAVOLE

ROMA

POMPEO SANSAINI - EDITORE

MCMXXIV

IMPRIMATUR

Fr. Albertus Lepidi, O. P.,
S. P. A. Magister

IMPRIMATUR

† Joseph Palica, Arch. Philipp.
Vicesgerens.

WELLCOME LIBRARY INSTITUTE
YHB.342
(Folios)

A SUA EMINENZA

IL CARDINALE FRANCESCO EHRLE

CON ANIMO GRATO E DEVOTO

L' AUTORE


PERSARUM
IUDAEORUM CAPTIUITAS
AEGYPTIORUM
LXI OLYMP
PERSARUM II
CAMBYSES UIII
LXIII OLYMP
LXIIII OLYMP
XLII
AEGYPTII XXVII DINASTIA
PERSARUM OPTINUIT
QUIPPE AEGYPTUM CAMBY
SES VI ANNI REGNIS SUIS
AD DARIUM FILIUM XERXIS
ANNUS XXI
PERSAE IIII FRATRES
MAGI MENS VII POST
QUOS DARIUS ANN XXVI
ROMANORUM
PERSARUM
IDEO SECUNDUS ANNUS
DISCRIBITUR QUIA
UNUS ANNUS IN MA
RUM FRATRUM
VII MENSIB
LXV OLYMP
IN QUA PERSAE
REGIS DARII FILII
HISTASPIS FUIT
ANNUS SCD
MACEDONIORUM
ASSYRIORUM
ROMANORUM
MACEDONIORUM
LXVI OLYMP



19R



ROMANOR

ROMANOR

[illegible]

CCXIII OLYMP: [illegible]

ROMANORVM VIII TITVS [illegible]

CCXV OLYMP: ROMANORVM VIIII REGN DOMITIANVS XII

Domitianus [illegible]

CCXVI OLYMP: Domitianus [illegible]

CCXVII OLYMP: Domitianus [illegible]

[illegible]

CCXVIII OLYMP: [illegible]

CCXVIIII OLYMP: ROMANORVM X NERVA REGNABIT

[illegible]

ROMANORVM XI REGN TRAIANVS ANN XVIIII M VI

[illegible]

CCXX OLYMP: [illegible]

CCXXI OLYMP: [illegible]


Hucusq: B. Hieronimus auctarium fecit ad Cronica Eusebii

30 R



30v


INCP CHRONICA ISIDORI

III clxxxvii. Pharaath rex gen[illegible] [illegible]
q(ue) babiloniae a semiramide [illegible] edificant
III clxxxiii. Abraham an(n)i c lxx. ysaac ex sara [illegible] nam(que) ysmahel ex ancilla [illegible] a quo
ysmahelite [illegible] ag(ar) adulterinum [illegible] dicti
III cccxliii. Ysaac an(n)i lx. [illegible] qua sup(er) p(ri)mus [illegible] a quo idumei secundus iacob [illegible]
[illegible] hac tempestate [illegible] ubi p(ri)mus
[illegible] iudicauque [illegible]
his temporibus apud [illegible] in specie uirginis apparuisse describitur
cccxxxiii. Iacob annis [illegible] ioseph his temporibus serapis iouis filius egyptiorum [illegible] iudeos
[illegible] a memphis ciuitas in egypto conditus
xl iii. Ioseph [illegible] hoc tempore [illegible] coepit [illegible] hebreorum
[illegible] in egypto an(n)i [illegible] cxliiii his temporibus p(er)meteus
III dclxxv [illegible] quem [illegible] fabule de luto formasse homines tunc [illegible]
[illegible] astrologus habitus [illegible] atlantis [illegible] et ob hoc
post mortem [illegible] hac etiam aetate p(ri)mus [illegible] quadrigam iunxit eodem que
tempore [illegible] condedit [illegible] uocauit [illegible] bouem
immolans p(ri)mus in sacrificio iouem [illegible] tunc p(ri)mum [illegible]
[illegible] tunc etiam fuisse scribitur in thessalia sub deucalione factum
diluuium et [illegible] fabulosum incendiu(m)
III dcccxxviii Moyses an(n)i xl. in heremo rexit populu(m) de seruitute egyptiaca liberatu(m) Hoc tempore iudei [illegible]
simul cu(m) [illegible] litteras habere coeperunt tunc templum delphis construitur [illegible] conditus
[illegible] in grecia inuenitur
III dcclv Iosue successor mosen rexit populum an(n)i xxvii his temporibus p(ri)mus [illegible] princeps
[illegible] quadrigam iunxit
III dccxcv Gotonihel an(n)i xl. [illegible] thebis [illegible] ad inuenit [illegible] p(ri)mi
[illegible] amphion apud [illegible] in musica arte claruerunt [illegible] eo tempore
inuenerunt
III dccclxxv Aod an(n)i lxxx. his temporibus fabule [illegible] de [illegible] tolemo quod iubente [illegible]
[illegible] indigentibus frumenta [illegible] distribuisse [illegible] quod eorum hominum
[illegible] capite [illegible]
[illegible] uoluerunt [illegible]
in lapide [illegible] quod [illegible] amphion [illegible]
commouerit
III dcccxv. Debora [illegible] an(n)i xl. [illegible] apollo [illegible] inuenit fabula quoq(ue) tunc facta est
de [illegible] quod quoq(ue) [illegible] sibi [illegible] uoluisse hac aetate p(ri)mus [illegible]
qui [illegible] fuisse [illegible]
III dccclv Gedeon an(n)i xl. urbs [illegible] construitur [illegible] magister [illegible] clarus
habetur [illegible] agitur
III dccclvi [illegible] Abimelech an(n)i [illegible] lxx [illegible]
III dccccxci Thola an(n)i xxiii his temporibus [illegible] post laumedon [illegible] p(ri)mus [illegible] fabula
[illegible] in labirinto inclusus
IIII xiii Iair an(n)i xxii p(ost) haec tempora hercules agonem olimpicum constituit [illegible] occidit
IIII xviii Iepte an(n)i vi his temporibus herculis quinquagesimo [illegible] ob morbi dolorem [illegible]
[illegible] tempore alexander [illegible] troianumq(ue) bellum decennale [illegible]
IIII xxvii Abesa an(n)i vii amazones [illegible]
IIII xliiii Abdon an(n)i viii [illegible] capta est [illegible] hoc aetate [illegible]
[illegible]
IIII liiii Samson an(n)i xx ascanius [illegible] filius albam condedit [illegible] fabule [illegible] eodem
tempore [illegible]
IIII lxiiii Heli sacerdos an(n)i xl [illegible] capitur [illegible]

sub quo et postea Iohannis in Pathmos insula exilio relegatus. Item multos senatores exilio mittit et perimit. Cunctosque
qui de genere David erant interfici iussit ut nullus Iudeorum regalis originis superesset.

V̄CCCV. Nerva regn. an. I. Iohannes apostolus ab exilio Ephesum rediit atque flagitatus ab ecclesiae episcopis evangelium novissimus edidit.

V̄CCCXXIIII. Traianus regn. an. XVIIII. Iste Assyria et Babilonia capta usque ad Indie fines post Alexandrum accessit. Huius tempore Simon Cleopas Hierusolimitanus episcopus crucifigitur et requiescit Iohannes apostolus.

V̄CCCXXXV. Adrianus regn. an. XXI. Hic Iudeos secundo rebelles subiugavit. Urbem quoque Hierusolimam restauravit eamque ex nomine suo Heliam vocavit. Per idem tempus Aquila Ponticus interpres secundus post LXX, et Basilides heresiarches agnoscitur.

V̄CCCLV. Antoninus Pius regn. an. XXI. Iste ab hoc cognomentum accepit quia in omni regno Romano cautionibus incensis cunctorum debita relaxavit. Unde et pater patriae appellatus est. Cerdon et Marcion heretici Romae producuntur atque Galienus medicus Pergamenus [illegible] claruit.

V̄CCCLXXIIII. Antoninus minor regn. an. XVIIII. Montanus catafrigarum auctor et Tatianus a quo heretici encratite exorti sunt.

V̄CCCLXXXVI. Commodus regn. an. XIII. Theodotion Ephesius interpres septimus apparuit atque Hireneus episcopus Lugdunensis in doctrina habetur insignis.

V̄CCCLXXXVII. Helius Pertinax regn. ann. I. Hic supplicantes senatu ut uxorem augustam et filium cesarem faceret renuens ait sufficere sibi debere quod ipse imperaret invitus.

V̄CCCCV. Severus Pertinax regn. an. XVIII. Simachus interpres quartus agnoscitur. Narcissus Hierusolimorum episcopus virtutibus plurimis celebratur. Tertullianus Afer in ecclesia insignis habetur. Origenes Alexandriae studiis eruditur.

V̄CCCCXII. Antoninus Caracalla filius Severi regn. an. VI. Aurelius regnavit ann. III. Sexta aeditio inventa est Nicopoli. Sabelli heresis exoritur.

V̄CCCCXXVIIII. Alexander regn. an. XIII. Origenis insignis habetur.

V̄CCCCXXXII. Maximinus regn. an. III. Iste primus ex militari corpore absque decreto senatus imperator effectus christianos persequitur.

V̄CCCCXXXVIIII. Gordianus regn. an. VI. Flavianus Romae episcopus Spiritu sancto in specie columbae super caput eius descendente Romae episcopus ordinatur. Licet quidam hoc verius de Zepherino adfirment.

V̄CCCCXLVI. Philippus regn. an. VII. Iste primus inter imperatores credidit Christum. Cuius tertio anno millesimus annus Romam urbis fuisse docetur expletus.

V̄CCCCXLVIII. Decius regn. an. I. Sanctus Antonius monachus Egyptius docetur exortus.

V̄CCCCLVIII. Gallus cum Volusiano filio suo regn. an. II. Novatus Cypriani episcopus urbis Romam veniens Novatianam heresim condidit.

V̄CCCCLXIIII. Valerianus cum Gallieno regn. an. XVI. Cyprianus primum rethor deinde episcopus martyrio coronatur. Gothi quoque Greciam, Macedoniam, Asiam, Pontum quoque depopulantur. Valerianus christianis persecutionem movens mox a Sapore rege Persarum captivus ibidem deforme servitute consenuit.

V̄CCCCLXVI. Claudius regn. an. II. Iste Gothos Illyricum Macedoniamque vastantes superavit. Paulus Samosatenus heresiarches agnoscitur.

V̄CCCCLXXII. Aurelianus regn. an. V. Hic persecutionem adversus christianos efficiens fulmine conterritus nec multo post occiditur.

V̄CCCCLXXIII. Tacitus regn. an. I. Huius vita et brevitas gestorum nihil dignum notat.

V̄CCCCLXXVIIII. Probus regn. an. VI. Manicheorum heresis orta est. Carus cum filiis Carino et Numeriano regn. an. II.

V̄CCCCLXXXI. Carus postquam de Persis triumphavit victor circa Tigridem castra ponens ictu fulminis concidit.

V̄DI. Diocletianus et Maximianus regn. ann. XX. Diocletianus divinis libris adustis christianos toto orbe persequitur. Primus gemmas vestibus calciamentisque inseri iussit. Diocletianus et Maximianus a purpura [illegible] principes privati.

V̄DIII. Galerius regnavit an. duos. Huius brevitas nihil dignum stilo contulit.

V̄DXXXIIII. Constantinus regn. an. XXXI. Iste primus imperatorum christianus effectus licentiam dedit christianis congregari et in honorem Christi basilicas construi. Huius temporibus heresis Arriana exorta est Niceniumque concilium ad condemnandam eius heresim congregatur. Donatistarum scisma ab Ossio? Eo tempore crucem Domini Helena Constantini mater Hierusolimis repperit. Constantinus in extrema vita ab Eusebio Nicomediensi episcopo baptizatus in Arrianum dogma convertitur. Proh dolor bono usus principio et fine malo.



48 R

Dentorum dicunt esse medicorum ubi imminens urbibus et regionibus generali quidem
sima morbos provideat aliquod medicamentum vel poculi genus quo pestem universalem hominis
a primis initiis defendat. tur ficio. Quod atque quisque eventum unde patet dramati medicinae
quaeretur tempore quo dirus patri qualis clauseratur halancodus gothorum rex per aferior
tantis dira gravis ferme tantuivos longe lateque vastavit populis rabiado communis. Is requir
spe aliquod remedium quaereret. per quod legis monitor ab ingruentibus malis cogitationibus ...
inlicitis occupatae ... audiuntur. In ... mihi ... et ... tum quae
ut studiis ... rebus transtuleris graecor et non ... convenit ... latinum ... cuius
lectione animus audientium vincetur dum notitiam rerum gestarum avidius petit oblivionem
quodammodo malorum quae gerebantur acciperet. Et quo ego opere cum ... curarent me ...
ut ... inferior et ... per ... quem ... multarum virorum ... sermonis ... considerarem.
quod non aliquid aliquo apostolicae ... ordine nobis ... praeciperet. Nam et cum dominus
aliquando esurientibus in deserto auditorum turbis dixisset ad apostolos date eis vos manducare.
Philippus unus ex apostolis intellegens eo magis splendescere divinae virtutis insigne
... minimorum quorumque ministerio explerentur non protulit panes ... apostolicae condicionis
sed puerulum adesse dicit habentem quinque panes et duos pisces quem verecunde ... curavit
adducere, sed haec quid sunt ad tantos quo magis in angustis opibus ... charitas fieret
divina potentia ... ergo ... discipulis recordatur quod Philippi forte ...
exemplo ubi pascendi turba tempus ... puerulum subrogaverit qui panes quidem quinque
sicut acceperat duplicatos adhiberet ad explendum tamen evangelicum ...
propria laborem. Capto ... eque pisciculos duos ... aggressurum ... quod ...
... cetur quod et curabit in ... nostrae ... principio ... auctoritas; sciendum
... est quod decimus liber huius operis in graeco quoniam per parvum erat in rebus gestis reliqua
omnia ... nihil adiciens quam rerum conferentibus occu
patus omissis quae videbantur superflua historiae si quid habuit in nono coniunximus libro
et in ipso eius rebus enarrationis dedimus finem. Decimum vero ... nos libellum conscrip
simus partim ex maiorum traditionibus ... quae nostra memoria conpre
hendit. Et eos velut duos pisciculos supra scriptis quinque panibus addidimus quos sicut
probaveris vel benedixeris pro certo confidam quod sufficient turbis; continet autem
omne opus ut sine ... gesta a salvatoris ascensione et de in ... nostri ... duobus ...
temporibus continguntur ... quae ad obitum theudosiae augustae.

PREFATIONEM DE DEITATE XPI

I. Quod deus et dominus noster creator omnium ... et quae in lege et prophetis scripturum
II. De tempore naquemur ... III. De ... galileo et theuda
IIII. De herode quod ... regnum.
V. Quod herodis tempore ... prophetae quem
VI. De ... generationum ... conscripta et quae de ...
... VII. De infantum ... bethleem et magorum praesentia.
DE CRUCIATIB: HERODIS IPSIUS QUI NECARI IUSSIT INFANTES VIII DE CRUDELITATE
herodis quam more suo tempore perpetravit VIIII. De archelai regno post
herode. X. Quod falsa ... quae luda proferunt et ... iosephi ... testimonium ... temporum convincantur. XI. Quod a pontificatu anna
usque ad caifan quattuor pontifices fuerint et singulis annis administraverint pontificatum in quibus praedicatio Christi completa est.
De baptista Iohanne testimonium iosephi et quod ... eum
virum inlustrem fuisse et ob eius ... vindictam in Iudaeos ...
XIII. Testimonium iosephi de Christo. XIIII. Narratio de abgaro rege.
Exemplum epistulae abgari ad dominum et domini ad ipsum et eorum quae ...
... in ... lingua translata sunt.

Successiones scorū apostolorū. et tēpora que a saluatore nostro ad nos usq; decursa sunt.
que q; et qualia in his erga ecclesiæ statum gesta sint. qui etiā insignes uiri in locis maxime
celeberrimis ecclesiis p̄fuerunt. uel qui singulis quib; q; temporib; siue scribendo seu docendo
uerbum dī nobiliter adstruxere. qui q; etiam uel quanti uel quando noua contra religionē decapta
p̄ferentes ad p̄fundū erroris studio contentionis elabsi. falsæ scientiæ auctores se p̄cepto esq
p̄fessi sunt. passim uel ut lupi graues gregem xp̄i lacerantes. necnon et ea mala que eiudeorum
gentem p insidiis quas aduersum saluatorē molti sunt uastauerunt. quib; etiā modis et quotiens
quib; sub temporib; doctrina xp̄i et sermo diuinus a gentilib; inpugnatus est. quanti q; his tempestatib;
usq; ad supplicio nū patientiā et p̄fusionē sanguinis p̄uenerint ueritate certarunt. sed et martyria
nostris susceptatē porib; adq; in his dnī et saluatoris nī erga singulos quosq; unicum clementissimūq;
subsidium scribere mihi uolenti nō aliunde sumendū uidetur exordiū. quam ab ipsa dnī et saluatoris nī
ihū xp̄i p̄sentia corporali sed mihi quis so ueniā dari confiteor namq; quod in hoc opere uirib; nis
maiora temptamus. ut et fideliter et integre que gesta sunt. gesta narremus. et trudē ac nulli priore nostro
digressam uiā huiuscemodi itineris prima audeamus incedere. et licet dm̄ ducem futurum dniq;
saluatoris nī certissim nobis ad futuram suffragia hominum tamen nulla quib; possimus inniti
conspicimus p̄cessisse uestigia. nisi quod sparsim singulorum quorumq; tēporis sui rerum gesta
ad nos usq; indicia ac monumenta transmissa sunt. e quib; quædam nobis luminum faces uelut
in obscuro positis eminus accendunt. et tamquā ex sublimi specula quā nos gressū tendere oporteat
et quā uerbi absq; errore dirigere eorū uocib; admonemur. quæcumq; igitur p̄posito operi con
uenire credidimus. ex his que illi sparsim memorauerāt eligentes. ac uelut e rationabilib; cāpis
doctorum flosculos decerpentes historica narratione in unum corpus redigere et coa
mentare temptauimus. satis abunde q; gratū putantes et si non omnium nobilissimorum
dnī et saluatoris nī apostolorum successiones celebriorib; quib; que ecclesiis traditas in unum
colligere adq; in ordinē eorum q; digerere. opus autem mihi p̄necessarium uideor adsum
sisse. eo magis quod ut superius dixi neminem ecclesiasticum dumtaxat scriptorē
ad hanc partem narrationis animū adiecisse conperior. in quo illud etiā spero quod et
utilitatis plurimū ex rerū gestarum cognitione studiosis quib; que noster hic confe
rat labor quāuis iā de his ipsis nō nulla etiā in chronicis. idē in eo opere quod de tem
porum ratione conscribsimus breuiter succincteq; p strinxerim. plenius tamen
in p̄senti opere singulorū narrationem aperire temptauimus. incipiet igitur mihi
sermo ab ipso dno sicut p̄misimus xp̄o uerū quia xp̄ianorū res gestas scribere p̄poni
mus consequens uidetur. ut prius uel genus hoc hominum unde ducat exordiū uel quid
nominis ipsius contineat ratio ex quius gens ista uel populus appellatione censetur. repeten
tes paulo altius exponamus. igitur qm̄ xp̄s duplici ex modo constat et diuina in eo par
ter adq; humana natura plenitudinem tenet. caput in eo diuina substantia pedes humana quam
p̄ nostra salute suscepit habeantur et ita demum p̄fectius nobis narratio dirigetur. si a capite
id est a diuinitatis eius uerbo sumamus exordium. p̄ quod xp̄ianorum qi gens nouellæ appellationis
[illegible]ditur antiquitus et nobilitas pariter ostendetur. Genus igitur xp̄i et p̄ssubstantiæ naturæ suæ p̄ferre
et pandere nullus sermo sufficiet. Siquidem et diuinum de edita p̄nuntiant oraculum dicens.
generationem autem eius quis enarrabit. Sed et alibi cælestib; nihilominus de eo uocib;
inaperitur. Quia nemo nouit filiū nisi pater. sed neq; patrem quis nouit nisi filius.
Solus ergo ille qui genuit nosse dicitur filiū pater. et sine dubio excludit ceteros
ad discutiendā notitiā quia ad unum solum patrē filii scientiam reuocauit.
hic igitur in his uoluminib; que diuino spū conscripta creduntur lux æterna
ei ante mundi initiū semp̄ fuisse p̄dicatur. Sapientia quoq; substan
tialis et uerbū uiuū in principio apud patrem et dsuerbū subsistisse
narratur. Quis ergo poterit eum qui ante omnem creaturam uisibi
lem adq; inuisibilem semp̄ fuisse et initio iam fuisse ex ipso patre
natus et cum patre sempiternus extitisse describitur. Sermone
conp̄hendere. quis omnium cælestium inmortaliū diuinarūq;
uirtutum dnī a ducem ac principem cælestis militiæ.

1

Et magni consilii angelum voluntatis paternae efficaciam quem cum patre omnia quae sunt creasse
et condidisse constat ut verum filium et unigenitum et omnium quae creata sunt dominum et regem
ac dominatorem paterna virtute ac potestate cuncta moderantem verbis explicet. Nisi quod
ad intellegentiam plenitudinis eius per secretiora et mystica divinorum volumina informa
mur eloquia. Iohannes denique spiritu dei repletus: In principio inquit erat verbum et verbum erat apud deum
et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil.
Sed et Moyses maximus et vetustissimus prophetarum multis ante saeculis haec eadem protestatur
cum caelitus inspiratus originem mundi et rerum initia domino plenus aperiret conditorem omnium
patrem cum filio mysticis ac sacratis designat eloquiis ait namque: Et dixit deus faciamus hominem
ad imaginem et similitudinem nostram. Sed et David antiquissimus etiam ipse licet Moyseo
posterior prophetarum dicit: Verbo domini caeli firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum.
Et alio idem nihilominus designat oraculo de deo dicens: Ipse dixit et facta sunt ipse mandavit et
creata sunt. In quibus evidenter mandantis personam patris et filii operantis expressit.
Cum igitur his et aliis quamplurimis vocibus sparsim per divina volumina creator omnium
cum patre filius declaretur superest ut de his quae post conditionem mundi pro hominum dispen
satione transacta sunt quam possumus breviter perstringamus. Multis quidem etiam ante pietate praeditis
viris adstitisse et docuisse quae ad cultum divinum pertinere videbantur ostenditur. Sed evidenti
us et familiarius Abrahae adque eius familiae et quantum fas erat deum hominibus innotuisse des
cribitur et velut praeceptor quidam ac monitor illius extitisse per sapientem refertur. Denique in divi
nis oraculis scriptum quia apparuit deus Abrahae tamquam communis aliquis homo sedenti
ad ilicem Mambre. Ad ille exurgens cum hominem videret adorat ut deum et veneratur ut dominum.
Sed et per propriae vocis professionem praesentiam se testatur non ignorare divinam dicens: Dominator
domine qui iudicas omnem terram non facies iudicium. Quae utique omnia non ad patrem sed ad filium
referenda posterioris incarnationis dispensationis plenius expleta designat. Et idem
propheta David dicit de deo: Misit verbum suum et sanavit eos et liberavit eos de corrup
tionibus eorum. Sed et adhuc evidentius per Moysen de eo quod dominus sit ipse cum domino divina
testantur eloquia cum dicit: Pluit dominus super Sodomam et Gomorram sulphur et ignem a domino.
Eundemque cum apparuisset Iacob deum esse eadem scriptura designat cum diceret ad Iacob:
Iam non vocabitur nomen tuum Iacob sed Israhel erit nomen tuum quia invaluisti cum deo.
Et paulo post dicit: Et vocavit inquid Iacob nomen loci illius Visio dei dicens: Vidi enim
deum facie ad faciem et salva facta est anima mea. Neque enim fas est de aliquo angelorum
vel caelestium virtutum ista sentire. Nullum enim eorum siquando mortalibus
ex caelesti praecipiuntur adesse mandato dominum vel deum divinus sermo commemorat. Hic etiam
Hiesu successori Moysi id est cum adstitisset percunctantique quis esset responsis evidentissi
mis designavit dicens: Princeps militiae virtutum domini ego sum. Cumque his auditis adorasset
famulus ut decebat: Solve inquid ad eum corrigiam calciamenti tui. Locus enim in quo tu
stas terra sancta est. In quo consideranda est praeceptorum similitudo quoniam non erat hic alius
ab eo qui dixerat ad Mosen de rubo ignis dicens: Ne adpropies huc. Solve calciamenta
de pedibus tuis. Locus enim in quo tu stas terra sancta est. Et addidit dicens: Ego sum deus patrum
tuorum deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob. Claruit igitur ex his omnibus quod verbum dei
et deus et dominus et creator omnium cum patre filius designatus est. Nunc vero etiam illud
videamus quomodo et sapientiam sed et substantialiter existere idem ipse in divinis osten
dat oraculis per Salomonem. Haec de semet ipsa sapientia mysticis vocibus prodens: Ego sapi
entia habitavi consilium et scientiam et sensum ego invocavi. Per me reges regnant
et potentes per me scribunt iustitiam. Per me proceres magnificantur et tyranni
per me obtinent terram. Et post aliquanta iterum dicit: Dominus creavit me initium
viarum suarum in opera sua. Ante saeculum fundavit me in initio priusquam
terram faceret antequam produceret fontes aquarum priusquam montes funda
rentur ante omnes autem colles genuit me. Quando praeparabat caelum
aderam ei et quando firmos ponebat fontes sub caelo cum ipso eram cui
adgaudebam cottidie. Laetabar autem coram ipso in omni tempore quando laetabatur

Typos et imagines sacramentorum caelestium; Sicut ei in monte fuerat ostensum, in lege describeret; Cumque
ritum constituendi pontificis traderet quantum mortalem docere fas erat, eum quem supra omnes homines esse
honore et meritis decernebat, perungui et unguenti cuiusdam mystici sacramenti unguento Christum nominavit. Quo per hoc discerent hi
qui per legem instruebantur quia quod super omnes homines honore et reverentia habendum est Christus nominabatur,
Sed et idem Moyses longe per diuinum spiritum providens quis sibi praepararetur successor et praenoscens quod is qui post se
regnum susciperet et maioris sacramenti ministerium teneret, Iesum cognominavit eum qui prius Auses parentum
fuerat appellatione vocitatus; Sciens quod in huius vocabuli sacramento maioris cuiusdam gloriae rex quam mortalis
natura recipit poneretur. Ita igitur per geminam haec appellationis indicia: in altero regalis formae exprimuntur insignia
Et in his Christus tamquam qui rex et pontifex esset pariter nominatur. Ut neque in eo aliquid quod ad religionem neque quod
ad potestatem pertinet deesse populus per praecedentia sacramenta mystice institutus agnosceret;
Unde et prophetae accensi diuino spiritu simul et impietatem Iudaeorum et gentium lumine praeuidebant salutem et mortali-
aliquid unus ex ipsis. Cui Hieremias nomen eius praecinebat. Spiritus inquid vultus nostri Christus dominus conprehensus est in cor-
ruptionibus nostris: Cui us diximus in umbra eius vivemus in gentibus. Sed et David magnificus vates haec de eodem memorat
Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terrae et principes congregati sunt
in unum adversus dominum et adversus Christum eius. Et paulo post ait ex persona ipsius Christi: Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te.
Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae. Non solum autem pontifices
unguento chrismatis apud hebreos consecrabantur verum et reges qui et ipsi quoque diuinitatis nutu a prophetis
sacrato quodam chrismate delibutis sortiebantur sceptra regalia. Imaginarii licet tamen etiam ipsi Christi
appellabantur quos scilicet etiam in ipsis caelestis regis imago ac species servaretur. Sed et in prophetarum
ordine invenimus nonnullos similiter modo unguento chrismatis consecratos ministerium diuinis eloquiis praebuisse
et ignaros redditos futurorum; ex quibus omnibus constat quod filius dei et verbum ac sapientia patris qui verus
rex est omnium saeculorum; et qui verus pontifex est futurorum bonorum; et qui verus propheta est; quippe
qui inspiret et repleat prophetas: Ideo vere et proprie Christus nominatur; cuius homines per eos quos supra enumeravimus
pontifices prophetas et reges typus et imago praecesserat, verum illi quidem ut diximus ad breve tempus vitae huius
Christi appellabantur ad solam veri Christi imaginem conservandam, quamvis compositione quadam mystica
consecrato olei. Tamen hi vix quae inter nos habentur olei materiae aliquoris perunguebantur. Iesus autem
hic quidem caelitus venerat et cuiusmodi quae praecedebant gesta fuerant. Christus non humanis opibus quaesita
nimium unguenta; Sed novo et singulari modo paterno spiritu infusus et unctus Christus efficitur: Sicut multis
antea saeculis de eo vates etiam praedixerat: ex persona ipsius Christi dicens: Spiritus domini super me propter quod unxit me
evangelizare pauperibus misit me praedicare captivis remissionem et caecis visum; nec solum Esaias diuinis haec
praedixit oraculis; sed et David dicit similiter inspiratus testatur de ipso dicens ad ipsum Christum: Sedes tua deus
in saeculum saeculi virga aequitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem propterea
unxit te deus deus tuus oleo laetitiae prae participibus tuis; In quibus verbis primo quidem eum evidenter deum
designat secundo vero per aequitatis virgam sceptrum in eo regale commemorat; post vero etiam quali-
ter Christus effectus sit indicat dicens: Quod unctus sit a deo non oleo communi sed oleo laetitiae, nec sicut
participes sui de his illi qui in imagine praecesserant. Sed prae participibus suis oleum vero laetitiae in sacris
voluminibus intellegitur mysticus spiritus designari tur; Sed et de pontificatu eius idem David alio in loco tale aliquid arcanis
signat eloquiis tamquam ex persona patris de filio pronuntiantis; De ventre inquid ante luciferum genui te; iuravit dominus et non
paenitebit eum tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech; hic autem Melchisedech in diuinis voluminibus sacerdos fuisse dei
summi refertur sed qui non oleo communi perunctus sit neque qui ex successione generis susceperit sacerdotium sicut
apud hebreos fieri mos erat; et ideo secundum ordinem ipsius sacerdos futurus dicitur Christus; Qui non olei liquore
sed virtute caelestis spiritus consecretur; Idcirco denique cum multi apud hebreos oleo in hoc ipsum sollemniter conse-
crato uncti sint christi et sive reges sive prophetae sive etiam pontifices per hoc fuerint; nullus tamen ipsorum
vel genti vel discipulis aut sectatoribus ex suo vocabulo nomen dare potuit et appellare discipulos christianos,
nisi hic solus qui verus est Christus et non oleo humano sed paterno spiritu perunctus hic sectatorum suorum populos
et universum per totum mundum suo nominis gentem ex veri Christi vocabulo appellari fecit perenni nomine christianos;
Si igitur unde genus duceret Christus requiris et eius auctorem rimaris: qui auctor est omnium, audi quid
oracula diuina per magnificentissimum vatem ex persona ipsius patris loquantur
sicut et paulo superius memoravimus: De ventre inquid ante luciferum genui te. Et quamvis ventris
appellatio in eo qui recte incorporeus creditur convenire minime videatur, tamen tropicis
ac mysticis legibus hoc est quod non extrinsecus et aliunde substantia filii sed paterna ex ip-
so.

post hunc Lucae et Marci scribtura evangelica secundum eas causas quas
superius diximus editur; Johannem vero tradunt usque ad ultimum pene
vitae suae tempus absque ullius scripturae indiciis evangelium praedicasse sed cum
horum trium evangelia etiam ad ipsum notitiam pervenisset probasse quidem
dicitur fidem et veritatem dictorum; deesse tamen vidit aliqua et ea maxime
quae in primo praedicationis suae tempore dominus gesserat. certum est enim quod in supe
rioribus tribus evangeliis haec videntur sola contineri quae in eo gesta sunt anno
quo Johannes baptista vel inclusus est in carcere vel punitus; denique si obser
ves statim in initiis narrationis postea quam refert Matheus de quinqua
ginta dierum ieiunio et de temptatione eius continuo subicit dicens.
Audiens autem quia Iohannes traditus est discessit de Iudaea et venit in Galileam;
sed et Marcus similiter postea quam inquit traditus est Johannes venit Ihs
in Galileam; Lucas vero etiam priusquam incipiat aliquid de actibus referre
Ihu dicit quia adiecit Herodes super omnia mala quae gesserat et conclusit
Johannem in carcerem; quia in quam ab his haec videbantur omissa rogatus dicitur
Johannes apostolus ut ea quae praeterierant priores ante traditionem Johannis
salvatoris gesta conscriberet; et ideo dicit in evangelio suo hoc fecit initium
signorum Ihs; et iterum in alio loco indicat dicens nondum enim Johannes missus
erat in carcerem. ex quibus constat quod ea quae ante quam Iohannes traderetur
ab Ihu fuerant gesta describit; et ideo si quis haec diligentius consideret evidenter
inveniet non sibi evangelia dissonare sed alterius temporis gesta esse quae
scribit Johannes alterius vero quae ceteri. unde quia nativitatem secundum
carnem salvatoris vel Matheus vel Lucas describserant reticuit haec Iohannes
et a theologia adque ab ipsa eius divinitate sumsit exordium; quae pars sine dubio ipsi velut digniori
per sanctum spiritum reservata est. haec interim de evangelio Johannis dicta sint. de Marci vero evangelio
sufficienter supra conprehensum est. Lucas vero in initio evangelii sui causam cur scriberet
indicavit videlicet quod multi alii temere praesumpserant enarrare res quae sibi magis erant
ad liquidum conpertae; volens ergo abstrahere nos a ceterorum narrationibus fidem facit per
conscribtae veritati certius quod ea vel Paulo exponente vel aliis apostolis qui ab initio
ipsi viderant consecutus sit [illegible] per proprium evangelium tradat; haec a nobis etiam de Luca
breviter indicata sint. opportunius vero explemus in tempore insertis his quae antiqui auctores
scribta reliquerunt ut secuncta habeant indicavimus; Johannes tamen ex [illegible]
epistolis de quarum prima nec ab antiquis umquam neque a posteris dubitatum est;
De reliquis vero duabus eadem vel ratione etiam nunc anceps sententia habetur de quibus
ut dixi et a veteribus dubitatum suis in locis ipsorum vocibus adprobabimus. verum quando
quidem in hoc devenimus locos [illegible] novi testamenti canonem designemus; primo nobis
omnium evangeliorum caelestis quadriga iungatur his actus apostolorum copulentur;
post hos Pauli epistulae socientur; consequantur vero has prima Johannis epistula
similiter et Petri prima; haec sunt de quibus nulla umquam prorsus extitit
dubitatio. sequenti loco iam sunt illa quibus a nonnullis dubitatum est. revelatio
Johannis de qua quid singuli veterum senserint suis in locis ostendemus;
et epistula Iacobi sed et Iudae Petri quoque secunda et item Johannis secunda
et tertia sive haec ipsius evangelistae sive etiam alterius eius cognominis
ostenderetur; post haec iam scribtura est quae dicitur actus Pauli sed et
libellus qui appellatur pastoris et revelatio Petri; de quibus quam maxime
dubitatur; feruntur etiam Barnabae epistula et doctrina quae dicitur
apostolorum; quidam autem his sociantes etiam evangelium quod dicitur
secundum Hebraeos quo praecipue utuntur illi Hebraei qui Christum suscipere
videntur sed in ecclesia ei contradicitur; quae omnia tamen a nobis necessa
rio enumerata sunt ut absque ulla ambiguitate claresceret quae sint inventa

die aduentus sui cum ueniet in gloria et requiret omnes scos suos; Dico autem de filippo
inquid qui fuit unus ex apostolis qui dormiuit apud hierapolim; sed et duę eius filię
inibi uirgines consenuere; et alia eius fil. a spu sco repleta p mansit apud efesum.
Et iohannes ille qui supra pectus dni recumbebat qui fuit sacerdos di pontificale
petalum gestans et martyr et doctor optimus apud efesum dormiuit; hęc etiam
de locis in quib; requiescunt in somno pacis adiecisse sufficiat. Sed et gaius cuius ante
mentio facta est in dialogo suo quem cum proculo disputans scribit de filiab; filippi
simul et obitu ipsius consonis uocib; memorat dicens. Post hęc autem p fetisse IIII
fuerunt filippi filię cuius sepulchrum extant apud hierapolim asię urbem
una cum filiab; suis; De his autem et lucas et lucas in actib; apostolorum meminit.
cum adhuc apud cesaream degerent. Dicit ergo ita; Uenimus inquid cesaream et in
gressi in domum filippi euangelistę qui erat ex septē mansimus apud eum; huic autē
erant uirgines filię quattuor prophetantes; his igitur a nobis de apostolorum temporib;
uel excessib; p ut potuimus ex scribtis ueterum congregatis; sed et de scribturarum
canonem qui in auctoritate habeantur libri uel qui penitus repudientur; qui uero
medii quodam modo ad structionem sola ab ecclesiis non etiam ad indubitatem auctoritatē
recepti sint consequenter expositis; tendamus ad cetera. XXXII. Post neronem
domitianumq; quę sub hoc cuius nunc tempora memoramus p singulas ciuitates
ex insolentia populi p secutionem in nostros accepimus notam; quo in tempore
etiam symeon cleope filius quem secundum hierosolymis ordinatum epm supra edo
cuimus p martyrium carnis uinculis resolutus est; horum adstipulator ipse ille est
hegesippus quem in plurib; iam produximus testem; his ergo refert quodam quib;dam
hereticis accusatus sit supradictus uir tamquam xpianus; et multis suppliciis adflic
tus p multos dies ita ut etiam iudex ipse cum amicis suis de eius patientia miraretur
et ad ultimum iuberet similiter eum qua dns pertulit passione uitam finire; Sed et ipsa
uerba quib; hęc p testetur audire gratius puto; ait ergo cum de hereticis diceret; ex his
igitur ipsis accusauerunt quidam symeonem cleope filium tamquam qui esset ex genere
dauid et xpianus; et ita martyr effectus est cum esset annorum CXX sub traiano cesare;
apud atticum consularem; addit autem etiam hoc quod accusatores eius cum in illis tempo
rib; perquirerentur si qui ex genere dauid et ex regia tribu descēderent, con pre
hensi sint inter ipsos; Quod autem symeon unus fuerit ex ipsis auditori
bus dni uel longeuitas eius indicio est uel euangeliorum fides, ubi etiam
mater eius maria cleope uxor refertur: Sed et alios quosdam idem
scribtor repertos refert e eos de quibus supra diximus nepotes iudę unius
ex fratribus dni. per idem tempus superstites inuentos et domitiani
temporibus martyres factos hoc modo scribens; ueniunt igitur hi
et p resunt omni ecclesię tamquam martyres et propinqui dni; et reddita pace eccle
sie permanserunt usq; ad tempora traiani cesaris usq; quo consobrinus dni
simeon de quo supra diximus filius cleope calumniam pateretur ab hereticis tam
quam xpianus consulari delatus. Cumq; multo tempore suppliciis fuisset adfec
tus martyrio consummatus est omnib; qui aderant et ipso iudice mirantibus
ut centum uiginti annorum senex crucis supplicium pertulisset; Post hęc idē
scribtor addit etiam hoc quod usq; ad illa tempora uirgo munda et inmaculata
permansit ecclesia corruptorib; ueritatis et diuini uerbi temeratoribus
aut numquam omnino extantib; aut etiam si qui forte fuerant in occultis et ab
ditis hiatibus terrę delitescentib; ut uero et apostolorum chorus et omnis
illa etas quę ad nos susceperat uiuę uocis auditum de hac luce discessit. tum
uelut in uacuum domum falsę doctrinę impius se error inmensit et tamquam
ubi nullus iam diuini census defensor existeret nudato ut adiunt capite corripien
tes arma mendacii oppugnare apostolicam ueritatem nituntur; sed istud bellum.

epistula pauli ad hebreos et utitur eius testimoniis, unde constat quod sapostoli-
tam quam in hebreis mittendam patrio eam sermone conscripserat. itaque quidam aiunt a lu-
cam euangelistam; alii autem hunc ipsum clementem interpraetatum esse; quod et magis
uerum est quia et stilus ipse epistulae clementis cum hac concordat, et sensus non multum
utriusq; scripturae plurima similitudine differunt; Dicitur tamen esse et alia
CLEMENTIS EPISTULA CUIUS NOS NOTITIAM NON ACCEPIMUS; SED ET ALIA EIUS OPUSCULA
non minima a nonnullis haberi perhibentur uelut petri et appionis disputatio quae in usu
a ueteribus habita minime repperimus; quia nec puritatem eius et incorrupta apostolicae
fidei regulam in ipsis deprachenditur. Papiae quoq; feruntur quinq; libri qui attitu-
lantur uerborum dni. eorum explanationis horum facit et Ireneus mentionem, per haec uerba:
XXXVIIII: Haec autem et papias iohannis auditor polycarpi uero condiscipulus et
sodalis uir antiquus protestatur in primo libro suo; quinq; enim uolumina
conscribsit; Haec quidem Ireneus de papia; Ipse uero de se ita indicat tamquam qui non
ab apostolis sed ab eorum discipulis susceperit fidem per haec uerba; non pigebit autem nos
tibi omnia quae quondam a praesbyteris didicimus et bene retinemus recordanter
exponere cum interpraetationib; suis. et ut se eorum ueritas habeat explicare. neq;
enim multa dicentib; sed uera tradentib; auscultabimus; neq; his qui hominum praecepta
sed qui dni mandata memorabant. ab ipsa ueritate susceptae; quod siquando aduenisset
aliquis ex his qui secuti sunt apostolos ab ipso sedulo expiscabar; Quid andreas. quid petrus
dixerit; quid autem filippus. uel thomas; quid uero iacobus. quid iohannes. aut quid mattheus
uel alius quis ex discipulis dni. quae uel aristion uel iohannes presbyter; Ceteriq; disci-
puli dicebant; Nec enim tantum mihi librorum lectiones prodesse credebam. quantum
uiuae uocis praesentisq; magisterium; sed mihi dignum uidetur intendere quod secundo
nomen iohannis enumerat et eum quidem cuius primo meminit petro et iacobo. Ac mat-
theo ceterisq; apostolis sociat; quem sine dubio ipsum euangelistam esse et apostolum
constat. Alium uero iohannem distinctione quadam facta extra apostolorum numerum
conlocat praeferens ei aristionem quendam et euidenter eum praesbyterum nominat.
Ut per haec conprobetur uerum esse Illud quod quidam asiani scribunt. quod duo sint
apud efesum sepulchra et utrumq; iohannis appelletur; quibus si diligentius inten-
damus. fortassis secundus hic erit iohannes si ille non creditur primus sub cuius no-
mine reuelatio habetur. Quae appellatur iohannis; sed et hic ipse de quo nobis sermo
est papias. apostolorum se uerba ab his qui secuti eos fuerant. Aristione uidelicet.
et iohanne praesbytero adserit suscepisse. Unde et frequenter nominatim in
commentariis suis ab iohanne et aristione traditum sibi de singulis quibusq; com-
memorat; Meminit sane idem ipse etiam de quibusdam mirabilibus in opere suo
quae praetereunda minime censeo; per filippi enim euangelistae filias profetissas
haec sibi tradita esse designat. mortuum resurrexisse temporib; suis dicit; Sed
et de iusto qui cognominatus est barnabas. refert miraculum ingens, quia ueneni
biberit et nihil ex hoc triste pertulerit propter dni fidem; Iustus autem iste est
hic qui post ipsius saluatoris ascensum a xi apostolis cum matthia ad apostolatus
sortem statutus est. sicut in actib; apostolorum commemoratur; Dicit autem
et alia plurima a maioribus sibi tradita miracula. et nouas quasdam parabolas
saluatoris et doctrinae incognitam magisq; fabulosam. Mille annos futuros
post resurrectionem quib; corporaliter regnum xpi in hac terra futurum sit;
Sed ego puto eum spiritales et mysticas apostolorum traditiones corpora-
liter et secundum litteram suscepisse: nec potuisse discernere ea quae illi in figuris
uelut lactentib; et paruulis loquebantur; quia et reuera etiam ex ipsis quae
conscripsit opusculis exigui sensus uir et minus capacis ostenditur; Multis tamen
post se ecclesiasticis uiris erroris huius praebuit causas. auctoritatem dogmati
tantum ex uetustate tribuens. Non etiam ex ratione dictorum sicut Ireneo.
Et si quis alius eum in hac parte consuerit sequi. Alia quoq; quam plurima supra

de facultatibus propriis. et quid sibi sit dictum. uictus gratia ministrare. prodesset tractae continentiae
disciplinae refutabat. Cum utique pro labore quo in uerbo dei sudabat. non solum duplici se-
cundum apostolum. Sed et multiplici honore dignus ab omnibus duceretur. Sed ille honorem sibi summum
in continentia deputabat. Denique et per multos annos traditur absque omni calciamento nudis
incessisse uestigiis. Vini quoque usum ceterorumque similium nisi ex ea sola quae uitae necessitas deposcebat.
Nullum paene tempus habuit usque quo incommodo stomachi in maiore paene periculo cogeretur. Talibus igitur
uirtutum atque imitatu uirtutis exemplis informans eos quos a gentilium uita et stultitia philosophiae ad ueram Christi philo-
sophiae sapientiamque conuerterat. Non solum in intimis animae arcanis fidem habere docuit per hoc quod geri
ab eo uidebant quae docebantur. Venientes ad martyrii eos amore. Pro quibus cottidiano robabantur exer-
citia uocabat. ex quibus et multi comprehensi in persecutione palmam martyrii consecuti sunt;

IIII. Inter quos primus erat Plutarchus de quo paulo superius memorauimus. Qui cum duceretur a populo
ad mortem duci. et adsistente ei Origene. qui hortatu suo ad magnanimitatem animos eius eri-
geret. uelut mortis eius auctorem dicens pereceu. paene interficere uulgus inuenerat.
Nisi et tunc ope diuinae prouidentiae e furentium manibus fuisset ereptus. Post Plutarchum mar-
tyrium secundus ex Origenis discipulis martyr efficitur Serenus. Tertius ex eius nihilominus
auditoribus Heraclides martyrio coronatur. Quartus Heron neofitus. Nam superior Serenus
adhuc catecuminus consummatus est. Quintus ex eius de schola martyr efficitur. Alius homine Sere-
nus qui post multa supplicia pro Christo etiam capite plexus traditur. Sed et mulieres plurimae in
quibus Herais quae adhuc catecumina. de qua ipse in quodam loco ait. quod ignis baptisma consecuta sit;

V. Sed et Potamiena famosissima feminarum. feminarum et martyrum. et praecipue castitatis ... Ba-
silides. etenim in ore usque memoria ab incolis loci perennis uirtutis Potamienae fama
celebratur. Quae illa mentos et numerosa agones. primo pro uirginitate et pudicitia desu-
daberit. Deinde etiam pro martyrio exquisita atque inaudita tormenta pertulerit atque;
adultam iam una cum uenerabili matre Marcella ignis supplicio consummata est. Tradunt
igitur Aquilam hoc enim erat tyranno illi iudici nomen. post tam crudelia et supplicia la-
cerauerit. Ad ultimum ob iniuriam et nobilitatis eius et castitatis comminatum esse Pota-
mienae quod ea uel crudelissimis gladiatoribus uel inpudicissimis lenonibus traderet. Ad illa
cum ab ea quid uellet uel quid eligeret quaereretur. protulisse aduersum tyrannum
uocem liberam. quae ob superstitionem Romanis ritibus sacrilega uideretur. Et ideo sine mora
in ea lata esse sententia. Cumque Basi- lides unus ex his quibus implere speculatoris
officium mos est. Suscepta ea duceret ad supplicium. ac multitudo inpudicorum
pariter inpiorum Potamienam uerbis et iniuriis contereretur. Illudere Basilides ab i-
gere inpudentius irruentes ac deturbare coepit. humanitatis et miserationis ob-
tentu. Ad illa religiosum uirum uotum ergere et pro proposita humanitatis amplexa certus
esto inquid. quod ego cum abiero ad dominum meum sine mora boni huius tibi remunerationem parabo;
Post haec autem uerba constanter suscepit prolata supplicia. picis calidae paulatim
per artus ac membra defusae. Et hoc modo beata uirgo aeternis migrauit ad caelum;
Non multis autem post diebus Basilides cum inter collegas suos ob causam quandam iurare compel-
leretur ait sibi non licere omnino iurare. pro eo quod esset Christianus; et hoc publice
fatebatur. Ioco a se tum aestimatus est primo dicere; Tum deinde cum constantius adfirma-
ret. pertrahitur ad tribunal; Ubi cum perseuerasset in confessione. in uincula traditur;
Tum uero uisitantibus eum nostris et causam tam subitae ac laudabilis huius permuta-
tionis inquirentibus dixisse traditur. Quod Potamiena post diem tertium marty-
rii sui noctu adsistens coronam capiti suo inposuerit dicens. Deprecata te pro
ipso dominum et inpetrauisse. ut tecum nouum quod tribuendum est. quia qui recipit martyrem mer-
cedem martyris consequatur; Quibus auditis confestim fratres signum ei dominicum
tradunt et die postera ob domini martyrium capite punitur; Sed et alii plurimi per illud
tempus apud Alexandriam condiscipuli suis cum quibus uerbo dei in Origenis schola operam
dederant. Potamiena simul et innumeros traditur praesentiasse. adsistens eis per uisum. et coronas
martyrii inpetratas ad eos deferens; Sed de his ista sufficiant;

rectae lineam et iter unum· propositum spectat· doctori contrarium
iter abiit; Ammonius quippe cum xpianus fuisset a parvula· ex xpianis pa-
rentibus genitus; post quam ad aetatem sapiendi· venit· tum est et filosofiae
ianuam contigit; continuo ad legitimum vitae secum tulit cursum; Origenes e con-
trario cum esset paganus et gentilibus, idest graecorum studiis eruditus
ad ritum religionis barbarorum declinavit; quo secum ferens omne
illud praeclarum ingenium filosoficis litteris expolitum vitiavit
adq; corrupit. dum vitam quidem tamquam xpianus et impius egit;
doctrinae vero· et eruditionis graecorum praefulgidum lumen in ep-
tiis et fabulosis narrationibus occupabit; adsecutus quippe fuerat
omnia platonis secreta; institutus fuerat in libris numenii· et cronii·
et appollofanis et longini; sed et moderati· adq; nicomachi; in pytagori-
cis vero summorum virorum. Non eum latuere commentarii; adtingit
etiam cheraemonis istoici· et cornuti volumina; ex quibus omnibus secreta
quaecumq; et mystica apud graecos habentur adsumens ritui barbaro,
et superstitionibus iudaicis coaptavit et filosoforum gloriam ad dogmata
externa et peregrina convertit; Haec porfyrius in tertio libro adversus
xpianos scribit inuouens. in altero falsa commemorans; Nam de studiis et in-
genii potentiam supradicti viri· haec ut procul quam se habet veritas; re-
tulit; quod vero de superstitione gentili ad xpianorum cultum eum comme-
morat esse translatum. Et ammonium a xpianis ad errores paganorum
dilapsum manifestissime fefellit; Origeni quippe fides et disciplina xpi ab avis
adq; atavis servabatur; Nam de patre martyre paulo ante retulimus;
Ammonius vero fidem xpi quod etiam inter filosoficas studia integram inliba-
tamq; servaverit. quousq; ultimos vitae sp exclaret· testes sunt libri
eius quaetenus nunc habentur luculentissime de nostra religione conscripti:
Et praecipuae volumen illud quod de moyse adq; ihu consonantia scribit; sed
et multa alia praeclara eius opuscula quae a studiosis quibusq; per magni-
fica habentur; haec autem diximus etiam inimicorum testimoniis probare cu-
pientes quam magna et apud ipsos habita sit origenis eruditio vel doctrina;
ipse vero de se respondens quibusdam qui eius pro huiuscemodi studiis obtrecta-
bant. ita scribit. cum vero ad verbi dī me studia convertissem et fama de nobis
celebrior haberetur adq; ob id nonnulli filosoforum vel ad percontandum vel
ad obsistendum ad me nos et congredi convenirent haereticorum quoq; quam
plurimi ad inpugnandos nos excitarentur visum mihi est vel filosoforum vel haereti-
corum dogmata diligentius perscrutari· Ne ad convincendos eos si ignorarem
quae apud ipsos sunt inparatior invenirer· Hoc autem fecimus exemplum sequen-
tes prioris nostri apostolici viri pantaeni qui in graecorum studiis et filoso-
fiae eruditionib; quam maxime effloruit; sed et heraclae qui nunc apud ale-
xandriam cathedram praesbyterii adornat· quem ego apud magistrum fi-
losoforum repperi in his studiis quod iam annis operam dantem priusquam
ego omnino vel inciperem; in tantum autem nihil ex hoc supradicto viro obtrec-
tationis exortum est· ut etiam communem habitum quem prius gesserat
deponens filosofica adsumeret indumenta quibus quae adpraesens uti
non desinit; libros quoq; filosoforum legere et in his exerceri pro viribus
numquam cessat; Haec ipse pro se querulis quibusdam respondens scribit·
Per id enim vero tempus cum apud alexandriam in verbi dī studiis exerceretur·
advenit vir quidam militaris epistulas ei et demetrio episcopo· sed et prae-
fecto tunc aegypti ab arabiae deferens cum omni velocitate
et instantia origenem illos quae operantis emitti· ut ibi de fide xpi·

[...]autem principium quidem a latere taurescon [...] opinion [...] summo visu ces-
tus coepit quia tam urbibus quam [...] et [...] de inprudentia
omnium. Quam cunctis in admiratione esse cernebat per semetipsam sumere documenti (doctrinae)
[...] ut ad Antiochiam ubi tunc temporis degebat [...] militari [...] eum omni honore
et supplicatione adrescamque venerandum verbi interpretem famulum dei
orat venire; quo cum venisset et quantum oportebat operis explevit ac
temporis omnibus intepeccatis quae ad verbum dei et gloriam domini spectant, stabi-
lesque ac firmos in fide quos instruxerat dereliquit. Properantia quae famam
longe clariore factus ad proprias scholas Alexandriae redit.

mihi conscientia fidei adque inlaesa; haec dicens ante pedes impia praecipientium cingulum iecit.
Ambrosius vero adversum reginae furorem non se manu defendebat aut telo, sed ieiuniis continuatis
que vigiliis sub altare positus per obsecrationes defensorem sibi adque ecclesiae deum parabat. Cumque
haec in longum diversis machinis et oppugnationibus nequiquam moliretur, Maximus qui se exuere
tyrannidis infamia et legitimum principem gerere ostendere, datis litteris impium pro
testatur inceptum, fidem domini inpugnari et statuta catholicae ecclesiae subrui; et inter haec
adpropinquare Italiam coepit. Quo Iustina comperto, horrescit mox atque impietatis conscien
tia pertimescente in fugam vertitur cum filio; exilia quae sacerdotibus praeparaverat prima sortitur.
XVII. Adfuit tamen Theodosius propter regni fidem, bonitatisque ac beneficiorum Grati
ani memor, et in vindictam totis viribus orientis insurgens ulciscitur sanguinem iustum. Va
lentinianoque impia interhaec matre defuncta fidem catholicam quam [illegible]
et regnum tyrannide depulsa restituit. Atque ipse reportato quam maximo inlustri triumpho
invectus est ad propria utrumque regnare meruit.
XVIII. Per idem tempus subreptione quadam daemonis turpis macula religioso principi
inusta est. Etenim cum apud Thessalonicam seditione exorta quidam ex militaribus [illegible]
petus fuisset; in senioribus ita repperi dicitur: eum comitem in [illegible] fuisse nomine Butte
ridum. Pro cuius [illegible] necem totum conspiravit, ut magis ipsius in exitio civitatis
vindicaretur. Nam propter aurigam quem servum ipsius stupraverat hoc facinus con
missum est populi furentis. Extinctus repentini nuntii atrocitate succensus ad ludos
circenses invitari populum iussit, eique ex improviso circumfundi milites, atque obtruncare pas
sim quosque occurrissent gladio iubet, et vindictam dare non crimini sed furori. Ob hoc cum
a sacerdotibus Italiae argueretur, agnovit delictum culpamque cum lacrimis professus
publicam paenitentiam in conspectu totius ecclesiae exegit; et in hoc sibi tem
pus adscriptum absque regali fastidio patienter implevit. Quibus omnibus
illud quoque mirabiliter adiecit: lege sanxit in posterum, ut senten
tiae principum super animadversione prolatae in diem
tricensimum ab executoribus differentur, quo locus
misericordiae vel si res tulisset paenitentiae non periret.

8

reverti iussit: et prostratus in conspectu dei omnipotentis. Inquid, deus tu nosti. quia in no-
mine xpi filii tui ultionis iustae proelia haec ut ita suscepi; Si secus. In me vindica; si vero cum
causa probabili et in te confisus huc veni. porrige dexteram tuis: Ne forte dicant gentes
ubi est deus eorum. Quam supplicationem pii principis certum a deo esse susceptam. hi qui ad
herent duces animantur ad caedem. et praecipue bacurius vir fide pietate virtute
animi et corporis insignis. et qui comes esse et socius theodosii mereretur. proximos
quosque conto telis gladio passim sternit. ac mediam hostium confertam et constipatam
perrumpit; Inter permultos ruentium ad ipsum tyrannum ruptis agminibus; et cater
vatim fugis stragibus agit; Vix forte ab impiis credentur quae gesta sunt; etenim
compertum est. quod post illam imperatoris precem quam deo fuderat ventus
ita vehementer exortus est. ut tela hostium in eos qui iecerant retorqueret; Cumque
magna vi persistente ventorum omne iaculum missum ab hostibus frustraretur. fractis
adversariorum animo. seu potius divinitus depulso arbogaste duce. nequiquam
adverso fortiter faciente. eugenius. ante theodosii pedes. vinctis post tergo ma
nibus adducitur. Ibique vitae eius et certaminis finis fuit; Tum vero novel gloria prin
cipi gloriosior victoria defruitur ratis opinionibus paganorum quam de tyranni
interitu fuit; quibus spes vana et falsa divinatio minus in interitu contulit poenae:
quam pudoris servavit invitae.

XX.IIII. Cumque post haec ut futurorum praescius imp. disponendae reipublicae
sollicitudine stringeretur. ad orientem protinus mittit. ubi venturus ad bellum
tutela liberos custodia commendarat; Ibique arcadium augustum. regnum sibi dudum
traditum servare praecepit. honorium vero pari dignatione praeditum. ad oc
cidentis imperium venire ocius iubet. quo suscepto et paternis osculis amplexibus
que constituto traditis occidentalis regni gubernaculis. ipse romano imperio
per annos XVII. feliciter gubernato. ad meliora migravit. cum piissimis princi
pibus percepturus praemia meritorum;

✝ RESCRIPTUM BEATI GREGORII AD AUGUSTINUM EPM
Quem in Saxonie in predicatione direxerat Inter cetera et ad locum
Per dilectissimos meos filios Laurentium presbyterum et Petrum
monachum Fraternitatis tuae scripta suscepi In quibus te
de multis capitulis requirere curasti. Sed quia predicti p(orti)t(ores)
me languentem me invenerunt doloribus adflictum; Et cum urguerent
citius se dimittere. Ita relaxati sunt ut in eadem me doloris
adflictione relinquerent. Singulis quibusque capitulis ut debui
Latius respondere non valui. I CAP DE EPIS.
Qualiter cum suis clericis conversentur vel de his que fidelium
oblationibus accedunt ad altare quante debent fieri portiones.
Et qualiter epis in ecclesia agere debeant. Sacra scriptura testatur
quod te bene nosse non est dubium Et specialiter Beati pauli ad ti
motheum epistule. In quibus eum erudire studuit. qualiter eum in domo
di oporteret conversari. Mos enim sedis apostolice est
ut ordinatis epis precepta tradere. Et in omni stipendio
quod accedit quattuor debeant fieri portiones. Una videlicet
episcopo et familie propter hospitalitatem atque susceptionem
pauperū Alia clero. Tertia pauperibus. Quarta ecclesiis reparandis
Sed quia tua fraternitas monasterii regulis erudita
seorsum vivere non debet a clericis suis. In ecclesia an
glorum que auctore deo nuper adhuc fidem perducta est
hanc debet conversationem instituere que in initio nascentis

IN XPI NOMIN INCP EPISCOPALE EPISTULA HIERONIMI

Beatissimo pape damaso hieronimus. Gloriam sanctitatis tuae nostra humilitas deprecatur
ut secundum apostolicae sedis quam cognouimus tuam gubernari sanctitatem curatur
qui precamur ut actus gestorum a beati petri apostoli principatum usque ad uestra
tempora quae gesta sunt in sedem tuam nobis per ordinem enarrare digneris quatenus
nostra humilitas sentire cognoscat qui meruit de episcoporum supradictae sedis
martyrio coronari. uel qui contra canones apostolorum excessisse cognoscatur
ora pro nobis beatissime pater EPISTULA DAMASI

Damasus episcopus urbis romae hieronimo gaudet ecclesia iam fonte satiata et ... plus
sitit ... curiositas temporum sacerdotalis ut quod dignum est cognoscatur et quod indignum
respuatur tamen quod gestum est quod potuimus repperire nostrae sedis studia ad tuam
caritatem gaudentes direximus. ora pro nobis ad sanctam resurrectionem fr̄e et conpresbiter uale in xpo
do dnō nostro. data ... ad romam ...

Beatus petrus apostolus et princeps apostolorum antiochenus filius iohannis prouinciae galileae uico beth
saida frater andreae primum sedit cathedram episcopatus in antiochia annos VII;
Hic petrus ingressus urbe roma nerone caesare ibique sedit cathedram episcopatus annos
XXV menses duo dies III ...
... quae catholicae nominantur; et euangelium marci qui marcus
auditor eius fuit et filius de baptismo post omnem euangeliorum fontem quae ad interro
gationem et testimonium eius hoc est petri firmatae sunt; dum aliud graece aliud graece
aliud latine consonent tamen eius testimonio sunt firmata; hic ordinauit duos episcopos
linum et cletum ...

[illegible]

a dno ihu xpo ac [illegible] commissa [illegible] ad iacobum
scripta est qualiter et ab eo petro commissa est ecclesia [illegible]. Idem ppt Linum
et Cletum ante eum conscribuntur eo quod ubi ipso principe apostolorum ad ministerium sacer
dotale exhibuit dum sum. epi ordinauit. Hic fecit ordinationes duas per mensem decembrio
prb X diac II epos p diuersa loca XV. obiit martyr traiano III quiescit sepultus est in [illegible]
VIII kal decemb. & cessauit epatus dies XXI.

V Anecletus natione grecus de athenis ex patre anthioco sed ann VIIII mens II d X.
Fuit autem temporibus domitiani a consulatu domitiani X et [illegible] usque ad domitiano
XVII et clemente conss. Hic memoria beati petri construxit et composuit dum prb
factus fuisset a beato petro seu alia loca ubi epi reconderentur sepulturae. Ubi ta
men et ipse sepultus est iuxta corpus beati petri III id iul. Hic fecit ordinationes II
p mense decemb prb V diac III epos p diuersa loca numero VI & cessauit epatus d XIII.

VI Euaristus natione grecus ex patre iudeo nomine iuda de ciuitate bethleem sed ann
VIIII mens X d II. Fuit autem temporibus domitiani et nerue traiani a consulatu ualentis
et ueteris usque ad [illegible] conss. martyrio coronatur. Hic titulos in urbe roma
diuidit presbiteris et VII diac ordinauit qui custodirent epm predicantem propter stilum
ueritatis. Hic fecit ordinat III per mens decemb prb XVII diac II epos p diuersa
loca XV qui etiam sepultus est iuxta corpus beati petri in baticano VI kal nouemb.
Et cessauit epatus d XVIIII.

VII Alexander natione romanus ex patre alexandro de regione caput tauri sed
ann X m VII d II. Fuit autem temporibus traiani usque heliano et ueteri. Hic pas
sionem dni miscuit in predicatione sacerdotum quando misse celebrantur.
Martyrio coronatur et cum eo euentius prb et theodolus diac. Hic constituit
aquam sparsionis cum sale benedici in habitaculis hominum. Hic fecit ordinationes
III p mense decemb prb VI diac II epos p diuersa loca V. Qui etiam sepultus est uia
numentana ubi decollatus est ab urbe roma non longe miliario VII quinto nonas
mai. Et cessauit epatus d XXXV.

VIII Xystus natione romanus ex patre pastore de regione uia lata sed ann X m II d I.
Fuit autem temporibus adriani usque ad uerone et anniculino. Martyrio coronatur. Hic constituit
ut ministeria sacrata non tangerent nisi a ministris. Hic constituit ut quicumque
epor euocatus fuisset ad sedem apostolicam rediens ad parrociam suam non suscipe
retur nisi cum litteras sedis apostolice salutationis plebi quod est formata. Hic fecit ordi
nat III per m decemb prb XI diac IIII epos p diuersa loca num IIII. Qui etiam sepultus
est iuxta corpus beati petri in baticano III non april. & cessauit episcop d II.

VIIII Telesphorus natione grecus ex anachorita sed ann XI m III d XXI. Fuit autem tempo
ribus antonini et marci. Hic constituit ut VII ebdomadas ante pascha ieiunium celebra
retur et natale dni per noctem missas celebrarentur. Nam omni tempore ante horae
tertiae cursum nullus presumeret missas celebrare qua hora dns noster ascendit crucem
et ante sacrificium ymnum celebraret angelicus hoc est gloria in excelsis do. Martyrio co
ronatur. Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati petri in baticano IIII non ianuar. Hic fe
cit ordinat IIII p m dec prb XII diac VIII et epos per diuersa loca XIII & cessauit epistus d VII.

X Hyginus natione grecus ex philosopho de athenis cuius genealogia non inuenitur. Sed
ann IIII m III d IIII. Fuit autem temporibus seueri et marci a consulatu magni et camerini usque
ad orfito et priscio. Hic clerum composuit et distribuit gradus. Hic fecit ordinationes III
p m dec prb XV diac V epos p diuersa loca VI. Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati
petri in baticano III id ianuar. Et cessauit epatus d III.

XI Pius natione italus ex patre rufino frater pastoris de ciuitate aquilegia sed ann XVIII
m IIII d III. Fuit autem temporibus antonini pii a consulatu clari et seueri. Sub huius episcopatu
hermis librum scripsit in quo mandatum continet quod ei precepit angelus dni cum uenit ad eum
in habitu pastoris et precepit ei ut pascha die dnico celebraretur. Hic constituit hereticum

prbi XVIIII diac. VII epos per diuersa loca VIII qui etiam sepultus est in cymiterio praetex
tati uia Appia quem sepelliuit beatus Tiburtius XIIII kl. iunias et cessauit episcopatus d. XXX.
XVIIII Pontianus natione romanus ex patre Calpurneo sedit ann. VIIII m. V d. II martyrio
coronatur. Fuit autem temporibus Alexandri a consulatu Pompeiani et Peliniani.
Eodem tempore Pontianus eps et Ypolitus prb exilio sunt deportati ab Alexandro
in Sardinia insula bucina Seuero et Quintiano conss. In eadem insula adflictus mace
ratus fustibus defunctus est III kal. nouemb. et in eius locum ordinatus est Antheros. Hic fecit ordi
nat. II per m. decemb. prb VI diac. V epos per diuersa loca VI quem beatus Fabianus adduxit cum cleric
per nauem et sepeliuit in cymiterio Calisti uia Appia. Et cessauit episcopatus d. X.
XX Antheros natione grecus ex patre Romulo sedit ann. XII m. I d. XII martyrio coronatur. Tempo
ribus Maximini et Africani conss. Hic gestas martyrum diligenter a notariis exquisi
uit et in ecclesia recondit propter quodam Maximino prb martyrio coronatus est. Hic fecit unum
epm in ciuitate Fundis Campaniae per m. decemb. qui etiam sepultus est in cymiterio Calisti
uia Appia III non. ianuar. et cessauit epm d. XIII.
XXI Fabianus natione romanus ex patre Fabio sedit ann. XIIII m. XI d. X martyrio coronatur. Fuit autem
temporibus Maximi et Africani usque ad Decium secundo et quadrato et passus est XIIII kl. Februar.
Hic regiones diuisit diaconibus et fecit VII diac. qui VII notariis inminerent ut gestas mar
tyrum in integro fideliter colligerent et multas fabricas per cymiteria fieri praecepit. Et
post passionem eius Moyses et Maximus prbi et Nicostratus diac. conprehensi sunt et in car
cere missi sunt. Eodem tempore superuenit Nouatus ex Africa et separauit de ecclesia Noua
tianum et quosdam confessores postquam Moyses in carcere defunctus est. Qui fuit ibi m. XI
et sic multi xpiani fugierunt per diuersa loca. Hic fecit ordinat. V per m. decemb. prb
XXII diac. VII epos per diuersa loca XI qui etiam sepultus est in cymiterio Calisti uia Appia XIIII
kl. Februar. et cessauit episc. d. VII.
XXII Cornelius nat. romanus ex patre Castino sedit ann. II m. II d. III martyrio coronatus sub
huius episcopatu Nouatus Nouatianum extra ecclesiam ordinauit et in Africa Nicostratum.
Hoc facto confessores qui se a Cornelio separauerunt cum Maximo prb qui cum Moyse fuit
ad ecclam sunt reuersi et facti sunt confes fideles. Post hoc Cornelius eps Centucellis
pulsus est et ibidem scripta epistul. de sua confirmatione missa a Cypriano quam
Cyprianus in carcere scripsit et de Celerino lectore. Hic temporibus suis rogatus a quadam
matrona Lucina corpora apostolorum beati Petri et Pauli de catacumbas leuauit noctu; primum
quidem corpus beati Pauli accepit beata Lucina posuit in praedio suo uia Ostense iuxta locum
ubi decollatus est. Beati Petri accepit corpus beatus Cornelius eps et posuit iuxta locum ubi
crucifixus est inter corpora scorum episcoporum in templum Apollinis in monte aureo in Vatica
num palatii Neroniani III kl. iul. Post hoc ambulauit noctu Centucellis. Eodem tempore
audiuit Decius eo quod epistulam accepisset a beato Cypriano Cartaginensis epo. Misit
Centumcellis et exhibuit beatum Cornelium epm quem tamen iussit praesentari sibi inter
... noctem et palatii quem ita adcreditur dicens: Si de finis ita ut nec deos consideres nec
praecepta maiorum nec nostras minas times ut contra rempublicam litteras percipias et dirigas.
Cornelius eps respondit dicens: Ego de corona dni et litteras accepi non contra rempubli
cam sed magis animas redimendas. Tunc Decius iracundia plenus iussit os beati Cornelii cum
plumbatis caedi et praecepit duci eum ad templum Martis ut adoraret; quod si non fecerit, decens capite
truncari. Hoc quod factum est. Qui etiam decollatus est in locum supradictum et martyr effectus est. Cuius corpus
noctu collegit beata Lucina cum clericis et sepeliuit in crypta iuxta cymiterium Calisti uia Appia
in praedio suo XVIII kl. octob. et cessauit episcopatus dies LXVI.
XXIII Lucius natione romanus ex patre Porphyrio sedit ann. III m. III d. III martyrio coronatur. Fuit autem tem
poribus Galli et Volusiani usque ad Ualerianum III et Gallicanum. Hic exilio fuit. Postea nutu di in
columis ad ecclesiam suam reuersus est. Hic praecepit ut duo prbi et tres diac. in omni loco epm non
desererent propter testimonium ecclesiasticum. Qui etiam a Ualeriano capite truncatus est III non.
mart. Hic potestatem dedit omni eccl. Stephano archidiac. suo dum ad passionem pergeret.

qno tu diuinitatis in tra m̄ III defunct᷑ ē. co͞nt bassus. Cuius corp̄s xysti ep̄s cū linteaminib;
& aromatib; manib; suis tractans recondens sepelliuit ad beatū petrū apostolū. In cubiculū
parentū ei͞s. Hic fecit basilicā s̄cę marię quę ab antiquis liberii cognominabat᷑ iuxta ma
cellū lybiae. ubi & obtulit hoc altare argenteū purissimū pens lib ccc patenas argen
III pens lib lx. amas argenteas IIII pens lib lx. sciphū aureū purissimū pens lib XII.
Scyphos argenteos V pens lib L. Calices ministeriales aureos II pens sing lib singulas.
Calices ministeriales argeos X pens singulos lib ternas. aquamanulis arg pens
lib VIII. corona farum cantharū. altare argenteū pensa lib xxx. coronas arg farales XXIIII.
pens singulas lib x. Candelabra argentea IIII pens sing lib xx. tymiaterium arg
pens lib V. cantara cereostata aurocalca XXIIII pens sing lib XV. Poss scā marina
territ͞ gaetano prest omnia in ibi cum adiacentib; ad tiguis. solid ccc XII & tremissiū. poss
... territ penestrino prest solid XCII. poss celeris territ fundano prest solid
CXI & tremiss. domos palocag intra urbē romā iuxta ibi basilicę cū balneū & pistrinū
prest solid CLIIII. siliquas III. domos claudii in sicinū prest solid CIIII. Ceruum arg
fundentem aquā pens lib xx. Omnia uasa baptismi sacrata argentea lib xv. cena
cula adiecię & adora adherentes basilicę. uel quidquid ingrynsecs ee uidet. Hic orna
uit de argento confessionē beati petri apostoli. q hab & lib as quadringentas. & huius
supplicatione optulit ualentinianus aug. imaginē aureā cū XII portas & aposto
los XII & saluatorē gemmis p̄tiosissimis ornatā. quā uoti gratię suę sup confessio
nē beati petri apostoli posuit. Fecit aū ualentinianus aug ex rog. atu xysti ep̄i fastigiū
argenteum in basilica constantiniana q d a barbaris sublatum fuerat. q habet lib ii.
huius temporib; fecit ualentinianus aug confessionē beati pauli apostoli ex argento.
q habet lib cc. Item fecit xystus ep̄s confessionē beati laurentii martyris cum colum
nis porphyreticis & ornauit platomis transenda & altare & confessionē s̄ci laurē
tii martyris de argento purissimo pens lib L. cancellos argenteos sup platomas purphy
reticas pens lib ccc. absida e cancellas e statu beati laurentii martyris argent
pens lib cc. Fecit aū basilica s̄ci laurentii q d ualentinianus aug concessit. Fecit aū mo
nasterium in catacumbas. Fecit et fontem baptisterii ad s̄cam mariā & columnis porphyreticis
& ornauit. Hic constituit columnas in baptisterio basilicę constantinianę quas a tempore
constantini aug fuerant congregatas ex metallo porphyretico numero VIII quas erexit
e epistolis suis & uersib; & ornauit & platomas ... mittet. uocabis quibi con...
rans nomina ep̄orum. Fecit aū sciphos aureos III. unum ad s̄cm petrum qui pens
lib VI. ad s̄cm paulum unum qui pens lib VI. ad beatum laurentium I qui pens lib III.
Calices ministeriales aureos XV pens singul lib singulas. hic fecit ordinationes III. p̄ m
decemb. p̄b XXVIII. diac XII. ep̄os per diuersa loca LII. Et huius temporib; fecit petrus
ep̄s basilica in urbe roma s̄cę sabinę ubi & fonte construxit. qui et iam sepultus est uia
tiburtina in crypta iuxta corpus beati laurentii. & cessauit ep̄tus d XXII.

XVII

Leo natione tuscus ex patre quinciano. sedit annis XXI m I d XIII. Huius temporib;
domina ancilla dī. basilicā s̄co stephano edificauit uia latina miliario III in predio suo.
Hic inuenit duas hereses eutychianā & nestorianā. hic ordinauit p̄re
cepta sui auctoritate. & misit ad marcianū aug orthodoxum principē catholicum. & facta
conlatione cum eodem principem collecti sunt ep̄i & factum est conciliū in s̄cę ecclesia
in calcedona in martyrio s̄cę eufemię. & congregati sunt CCLVI sacerdotes & aliorum quorum
cyrografus cucurrit CCCCVIII episcoporum qui congregati una cū tomum hoc est fide apostolicę
ecclesiae romanae. cum cyrografo s̄ci ep̄i leonis sede catholicę principis marciani
presentia. congregatū conciliū numero mille ducentorum ep̄orum una cū aug marciano.
qui exposuerunt fide catholicā duas naturas in uno xp̄o dm̄ & hominē. in quo loco piissimus
aug marcianus una cum uxore sua aug pulcheria deposita regi amaiestate fidem suā
exposuerunt ante conspectū s̄corum ep̄orum. ubi & damnauerunt eutychium & nestoriū

ad baptisterium fontem ad paenitentes argentea pens. lib. V. lucernas aereas L. In urbe uero roma constituit
ministeria que circuirent constitutas stationes. scyphum aureum stationarium pens. lib. VIII.
scyphos argenteos XXV. pens. singulos lib. X. amas argenteas XXV. pens. singulas
lib. X. calices ministeriales L. pens. singulos lib. II. Haec omnia in basilica constantiniana uel
ad sanctam mariam constituta recondit. Hic fecit monasterio ad sanctum laurentium et balneum. et alium
sub aere et praetorium fecit. et bibliothecas II. in eodem loco. Item monasterium intra urbem romam
ad lunam. Hic fecit ordinationem unam in urbe roma per mensem decemb. presbiteros XXV. diac. VI. epos
per diuersa loca XXII. Qui et sepultus est ad sanctum laurentium in crypta iuxta corpus beati epi xysti.
et cessauit episcopatus d. X.

XLVIII. Simplicius natione tiburtinus. ex patre castorino sed. ann. XV. m. I. d. VII. Hic dedicauit
basilica sancti stephani in celio monte in urbe roma. et basilica beati apostoli andree iuxta basilica
sce mariae. et aliam basilicam sci stefani iuxta basilicam sci laurentii. et aliam basilica intra
urbem romam iuxta palatium licinianum beate martyris bibianae ubi corpus eius requiescit.
Hic constituit ad sanctum petrum apostolum et ad sanctum paulum apostolum et ad sanctum laurentium martyrem
ebdomadas ut presbiteri manerent propter penitentes. et baptismum. Regio III. ad sanctum laurentium. Regio
prima ad sanctum paulum. Regio VI. uel VII. ad sanctum petrum. Sub huius episcopatu uenit relatio de graecia ab acacio
constantinopolitano epo. et adfirmauit petrum alexandriae urbis eutychianistam hereticum facta
petitione ab acacio epo. cyrographo eius conscripta. Eodem tempore fuit eccl'sia hoc est prima sedis
apostolica executrix. Tunc simplicius presul audiens damnauit petrum alexandrinum. de quo acacius
innumerabilia crimina adfirmabat. Ita tamen ut ei paenitentiae reseruauit tempus. Eodem tempore
rescripsit timotheus catholicus et acacius dicentes quod etiam in morte presbiteri catholici petrus esset
permixtus. Tunc archiepiscopus simplicius dissimulans numquam rescripsit acacio. Sed damnauit
petrum expectans tempus paenitentiae. Hic fecit in ecclesia romana scyphum aureum pens. lib. V. can
tharas argenteas ad beatum petrum XVI. pens. singulae lib. XII. Hic fecit ordinationes in urbe roma
III. per mensem decemb. et febr. presbiteros LVIII. diac. XI. epos per diuersa loca LXXXVIII. Hic
sepultus est in basilica beati petri apostoli. VI. non. martias. Et cessauit episcopatus d. VII.

L. Felix natione romanus ex patre felice presbitero de titulo fasciole. sed. ann. VIII. m. XI. d. XVII.
Hic fecit temporibus odoacri regis usque ad tempora theodorici regis. Hic fecit basilicam sci
agapiti iuxta basilicam sci laurentii martyris. Sub eius episcopatu iterum uenit relatio de graecia
petrum alexandrinum reuocatum ab acacio epo constantinopolitano. Tunc uenit felix
archiepiscopus sedis apostolicae urbis romae mittens defensorem cum consilio sedis suae. facto con
cilio et damnauit acacium cum petro. Post annos tres. iterum uenit relatio ab imperatorem
zenonem ut paenitentem redderet acacius. Tunc papa felix mittens duos episcopos misenum et uitalem.
ut si inuenirent conplicem petri acacium iterum damnarent eos. si non offerret eis libellum paenitentiae.
Qui dum introissent constantinopoli. corrupti sunt pecunia [illegible] epi et non fecerunt secundum
praeceptum sedis apostolicae. Clementes uero roma ad sedem apostolicam. fecit papa felix concilium.
et facta examinatione inuenit iudicium ambos episcopos id est misenum et uitalem reos. et corruptos
pecuniae. et fecit misenum et uitalem epos a communione. Tunc misenus epis non tacuit corruptum
in pecunia. cui concilius concessit tempus paenitentiae. Hoc factum tempore odoacris regis.
Hic fecit ordinationes II. per mens. decemb. presbiteros XXVIII. diac. V. epos per diuersa loca XXXI.
Hic sepultus est in basilica beati pauli apostoli et cessauit episcopatus d. V. et post transitum eius
factum est a presbiteris et diaconibus constitutum de omne ecclesiam.

LI. Gelasius natione afer ex patre ualerio. sed. ann. IIII. m. VIII. d. XVIII. fuit autem
temporibus theodorici regis et zenonis aug. Huius temporibus inuenti sunt
manichei in urbe roma quos exilio deportari praecepit quorum codices ante fores basilice
sce mariae incendio concremauit. Hic sub gesta synodi cum fletu et sub satisfactione
libelli purgatum misenum epm reuocauit. quem ecclesiae suae restituit. qui peccauerat
in causa acacii et petri. Hic fuit amator pauperum et clerum ampliauit.
Hic liberauit a periculo famis ciuitatem romanam. Hic fecit constitutum de omne ecclesiam.
Huius temporibus iterum uenit relatio de graecia eo quod multa mala et homicidia

deferetur cum aug. & agapito hoc dixit ei imp. iustinianus: aut consenti nobis aut exilio
te deportari faciam. Tunc beatissimus agapitus papa respondit cum gaudio dicens ad imperatorem:
Ego quidem peccator ad iustinianum imperatorem xpianissimum venire desideravi.
Nunc autem diocletianum inveni. quod tamen minas tuas non pertimesco. et dixit ei iterum agapitus
venerabilis papa: tamen ut scias te idoneum non esse relegionis xpianae. epm tuum confitentur
duas naturas in xpo. Tunc ex precepto augusti accersito epo constantinopolitano nomine anthemo.
et disputatione patefacta. numquam voluit confiteri in doctrina catholicae responsionis
ad interrogationem beati papae agapiti duas naturas in uno dno ihu xpo. quem convicisset papa
agapitus. & glorificatus est ab omnibus xpianis. Tunc imp aug iustinianus gaudio repletus
humiliavit se sedi apostolicae. & adoravit beatissimum agapitum papam. Eodem tempore
erit anthemum a communione. & expulit in exilio. Tunc piissimus aug iustinianus
rogans beatissimum papam agapitum ut in locum anthemi epm catholicum consecraret
nomine mennam. qui vero agapitus papa omnia optenuit et qua causa directus fuerat.
post dies vero aliquantos egritudine commotus. defunctus est constantinopolim.
x kal. mai. cuius corpus in loculum plumbeum translatum usque in basilicam beati petri
apostoli. ubi et sepultus est. XII kal. octubr. Hic fecit ordinationem diac in urbe roma IIII;
epos per diversa loca XI. & cessavit episcopatus m I d XXVIII

LX Silverius natione campanus ex patre hormisda epo romano sed. ann I m V d XI.
Hic levatus est a tyranno theodoto sine deliberatione decreti. Qui theodotus
corruptus pecuniae datum tale timorem indixit clero. ut qui non consentiret in huius
ordinatione. gladio puniretur; quod quidem sacerdotes non subscripserunt in eum
secundum morem anticum vel decretum confirmaverunt ante ordinationem. iam
ordinato subinim & metum. propter adunatione ecclesie & religionis
postmodum iam ordinato silverio. sic subscripserunt prbi. Post menses vero II nutu divino
extinguitur theodotus tyrannus. et levatur rex vuitigis. eodem tempore ambulavit
vuitigis ravenna & cum vim tulit filiam amalasuente regine sibi uxorem. hoc indignatus
dn imp iustinianus aug. quia regina sibi commendatam occidisset theodatus. misit b. filium suum
patricium cum exercitum ut liberaret omnem italia a captivitatem gothorum. Tunc veniens
patricius ibi in partes siciliae fuit aliquantum temporis. Audiens autem eo quod gothi
sibi fecissent regem contra votum domni iustiniani aug. venit in partes campaniae.
iuxta civitatem neapolim. & coepit obsedere eam cum exercitu suo. Quia noluerunt cives
napolitani aperire ei. eodem tempore pugnando patricius contra civitatem. introivit in ea.
& ductus furore. interfecit & gothos & omnes cives napolitanos. & misit in praedam ut nec
in ecclesiis parceret praedando. Itaque ut uxores presentes maritis eorum gladio
interficeret. & captivos filios & uxores nobilium exterminavit. nullis parcentibus
nec sacerdotibus nec servis dei nec virginibus sanctimonialibus. Eodem tempore bellum fuit
maximum. veniens vuitigis contra belisarium patricium & contra urbem romam.
Ingressus autem belisarius patricius in urbe roma misit decem custodiis & muni
tionibus vel fabricis murorum aut reparatione fossatum circuiodedit civitatem
romanam & munivit. Nocte ipsa qua introivit belisarius patricius. quod hi qui erant
in civitate vel foris muros fugerunt & omnes portas apertas dimiserunt & fuge
runt ravenna. Et postea colligens vuitigis rex multitudinem exercitus gothorum.
regressus est contra roma VIIII kal. martias. fixit castra ad pontem molbium
et coeperunt obsedere civitatem romanam. Tunc patricius belisarius [illegible]
nomine romano erat inclusit se roma in civitate. His diebus obsessa est civitas [illegible]
esset facultas exeundi vel introeundi. Tunc omnes possessiones [illegible]
vel ecclesiis in [illegible] consumptas sunt. homines vero gladio inter[illegible]
quos gladius. gladius. quos famis famis. quos morbus morbus interficiebat
[illegible] ecclesie et corpora martyrum sanctorum ex[illegible] gothis. In [illegible]
[illegible] grandis famis erat ut aqua venundaretur pretio nisi nympharum remediis

subuenisset; pugne autem maximae erant contra ciuitatem; his dieb(us) belisarius
patricius repugnando contra regem uuitigitem uel multitudine gothorum.
protexit romanos uel ciuitatem custodiuit a liberauit et nomen romanum.
Tunc obsessa est ciuitas annum unum et portus romanus a gothis; Patricius uero belisarius
pugnando uicit gothos et postmodum fugierunt gothi rauenna post annum unum;
Eodem tempore tanta famis fuit per uniuersum mundum. ut datius eps ciuitatis medio
lane relatio ipsius hoc euidenter narrauit. eo quod in partib(us) ligurie mulieres filios
suos comedissent penuriae famis; de quas retulit ecclesie suae fuisset ex familia.
Eodem tempore ambulauit patricius belisarius neapolim. ordinauit eam et postmodum
uenit romam; qui susceptus est a dno silverio benigne. et abiit belisarius patricius
in palatio pinciano V id mar indictione XV. Tunc erat uigilius diac(onus) apocrisarius
in constantinopolim; dolens autem aug(usta) pro anthemo patriarcha quod depositus
fuisset a sco siluo agapito papa. quod hereticum eum repperisset et in locum eius
constituisset menam seruandi; Tunc aug(usta) consilio usus cum uigilio diacono.
misit epistulas suas roma silverio papae rogans et obsecrans ne pigritaretur ad nos
uenire. aut certe reuoca anthemium in locum suum; Quam dum legisset beatus
silverius litteras ingemuit et dixit. Modo scio quia haec causa finem uitae meae
adduxit; sed beatissimus silverius fiduciam habens in dno et in beato petro apostolo
rescripsit aug(ustae). domina aug(usta) ego rem istam facturus numquam ero ut reuocem
hominem hereticum in sua nequitia damnatum; Tunc indignata aug(usta) misit
iussiones ad belisarium patricium per uigilium diacon(um); uide aliquas occansiones
in silverium papam et depone illum ab episcopatu. aut certe festinus transmitte eum
ad nos; ecce ibi habes uigilium archidiaconum et apocrisarium nostrum karissimum.
qui nobis pollicitus est reuocare anthemium patriarcham; Et tunc suscepit iussionem
belisarius patricius et dixit; eidem ego iussionem facio. sed ille qui interest in necem
silverii papae ipse reddat rationem factis suis dno nostro ihu xpo; Et urguente iussione.
exierunt quidam falsi testes qui et dixerunt; quia multotiens inuenimus silverium papam
scripta mittentem ad regem gothorum ueni ad portam qui appellatur asinariam
iuxta lateranis et ciuitatem tibi trado et belisarium patricium; quod audiens belisarius
patricius non credebat; sciebat enim quod per inuidia haec de eo dicebantur. sed dum
multi in eadem accusatione persisterent pertimuit; Tunc fecit beatum silverium papam
uenire ad se in palatium pincis. et ad primum et secundum uelum retenuit omne
clerum. quo ingresso silverius cum uigilio soli in musileo. antonina patricia
iacebat in lecto et belisarius patricius sedebat ad pedes eius et dum eum uidisset
antonina dixit ad eum. dic domne silveri papa. quid fecimus tibi et romanis ut tu uelles
nos in manus gothorum tradere. Adhuc eam loquentem. ingressus iohannis
subdiac(onus) regionarius primae regionis. Tullit palleum de collo eius. et duxit in cubiculum
expolians eum. induit eum uestem monachicam. et abscondit eum; Tunc xystus
subdiac(onus) regionis sextae. uidens eum iam monachum. egressus foras nuntiauit ad clerum
dicens. quia domnus papa depositus est et factus est monachus; qui audientes fugierunt omnes; quem uigilius archidiac(onus) in sua quasi fidem; et misit eum
in exilio in pontias. et sustentauit eum pane tribulationis et aqua angustiae;
qui deficiens mortuus est. Et confessor factus est; qui et sepultus in eodem loco.
XII kal. iulias; ibique occurrunt multitudo male habentes et saluantur;
Hic fecit ordinationem unam per mens(em) decemb(rem). presb(yteros) XIIII; epos per diuersa loca XVIII et cessauit episcopatus eius.

LXI Vigilius natione romanus ex patre iohanne consule. sed(it) ann(os) XVII m(enses) VII
d(ies) XXVI. Eodem tempore belisarius patricius cum ... bellum cum uuitigis rege
gothorum. qui rex fugiens nocte. insecutus est eum iohannis magister militum
cognomento sanguinarius ... tenuit eum et adduxit ad belisarium ...

militibus Ravenna test interfectus est; cuius caput ductum Constantinopolim ad piissimum principem;
quo beatissimo papa defuncto, sepultus est ad beatum Petrum apostolum. Hic dedit omni clero
rogam integram pro obsequiis funeris. Hic fecit ordinationes II per mens. decemb., presb. XXVI, diac. IIII; epis.
per diversa loca numero XXVIIII. Et cessavit episcopatus d. XIII. Depositus est die XXV m. octobr.

LXXII. Honorius natione Campanus ex patre Petronio consule, sedit ann. XII m. XI d. XVII.
Hic temporibus suis multa bona fecit; hic erudivit clerum. In tempore huius renovavit
omnem cymilia beati Petri apostoli, et investivit confessionem beati Petri ex argento purissimo
qui pens. lib. CLXXXVII. Hic investivit regias in ingressu ecclesiae quas vocant medianas
ex argento qui pens. lib. DCCCCLXXV. Fecit autem et cereostata maiora ex argento dua, qui sunt ante
corpus beati Petri apostoli, pens. singul. lib. LXII. Fecit ad beatum Andream apostolum ubi supra
ante confessionem tabulam argenteam qui pensat lib. LXXIII. Huius temporibus levatae sunt
trabes in ecclesia beati Petri apostoli numero XVI. Hic cooperuit omnem ecclesiam quae ex tegulis
aereis quas levavit de templo qui appellatur Roamae, ex concessu Heracli piissimi imp.
Eodem tempore fecit eccl. beatae Agnae martyris via Numentana miliario ab urbe Roma III
a solo, ubi requiescit, quam undique ornavit, ubi posuit dona multa; ornavit autem et sepulcrum
eius ex argento qui pens. lib. CCLII; posuit desup. cyborium aereum deauratum mirae magnitudinis;
fecit et gavatas aureas III pens. singul. lib. I singulas; fecit et absida eiusdem basilicae
ex musivo, ubi etiam multa bona obtulit. Item fecit basilicam beati Apollenaris martyris
in urbe Roma in porticum beati Petri apostoli qui appellatur Palmata a solo, ubi dona multa
largitus est. Hic fecit constitutum in ecclesia et decrevit ut omnem ebdomada sabbato die
exeat letania a beato Apollenare ad beatum Petrum apostolum cum ymnis et canticis
populus omnis occurrere debeat. Fecit et eccl. beato Quiriaco martyri a solo via Ostense miliario
VII, ubi et donum obtulit. Eodem tempore fecit eccl. beatorum martyrum quattuor
coronatorum, quam et dedicavit et dona multa obtulit. Fecit eccl. beato Severino a solo
iuxta civitatem Tiburtinam miliario ab urbe Roma XX, quam ipse dedicavit et dona multa
obtulit. Renovavit et cymiterium beatorum martyrum Marcellini et Petri via Lavicana.
Eodem tempore fecit basilicam beato Pancratio martyri via Aurelia miliario ab urbe Roma
secundo a solo, et ornavit sepulchrum eius ex argento qui pens. lib. CXX; fecit et cyburium
super altare ex argento qui pens. lib. CLXXXVII; fecit arcus argenteos V pens. singul. lib. XV;
fecit et candelabra aerea III pens. singuli lib. singulas, ubi multa bona simul obtulit.
Fecit eccl. beatae Luciae in urbe Roma iuxta sanctum Silvestrum, quam dedicavit et dona multa
obtulit. Fecit eccl. beati Adriani in Tribus Fatis, quam et dedicavit et dona multa obtulit.
Sed et multa alia fecit quas enumerare longum est. Fecit autem ordinationes III, presb. XIII, diac. XI;
episcop. per diversa loca LXXXI; qui sepultus est ubi supra sub d. III id. octobr. Et cessavit episcopatus
anni I m. VII d. XVIII.

LXXIII. Severinus natione Romanus ex patre Abieno sedit m. II d. IIII. Huius temporibus
devastatus est episcopius Lateranensis a Mauricio cartulario et Isacio patricio
et exarcho Italiae, dum adhuc electus esset domnus Severinus. Sed antequam
veniret Isacius patricius, Mauricius dolo ductus adversus ecclesiam Dei consilio
inito cum quibusdam perversis hominibus incitaverunt exercitum Romanum
dicentes: Quid prodest quod tantae pecuniae congregatae sunt in episcopio Latera-
nense ab Honorio papa et mil. [illegible] istmul. et inde subventionem habent, dum quando
et rogas vestras quas domnus imperator vobis per vices mandavit ibi sunt a supradicto viro reconditas.
His auditis exarserunt omnes adversus ecclesiam Dei et venerunt omnes animo
concitati, omnes armati qui inventi sunt in civitate Romana, a puero
usque ad senem, et in episcopio sancto Lateranense et non potuerunt
manu militari introire quia resisterunt et quierant
cum sanctissimo domno Severino. Tunc videns hoc Mauricius

Quia nihil potuerunt facere dolo ductus fecit ibidem exercitum ...
resedere in episcopio Lateranense. Et fecerunt ibi dies III. Post
triduum autem introiuit Mauricius cum iudicibus qui inuen-
ti sunt cum ipso in consilio. Et sigillauerunt omnem
uestiarium ecclesiae seu cymilia episcopii quas christiani
imperatores seu patricii et consules pro redemptione
animarum suarum beati Petri apostoli dereliquerunt
ut pauperibus singulis temporibus pro alimoniis eroga-
rentur seu propter redemptionem captiuorum. Et post
modum misit Mauricius epistulas suas ad Isacium
patricium Rauenna de hoc quod actum est quomodo
ipse cum exercitu sigillasset omnem uestiarium episcopii
et quia sine aliqua lesionem omnem substantiam saepedic-
tam potuissent depraedare. Cumque hoc uerius cogno-
uisset Isacius uenit in ciuitate romana et misit omnes
primatos ecclesiae singulos per singulas ciuitates in exilio
ut non fuisset qui resistere debuisset de clero. Et post dies
aliquantos ingressus est Isacius patricius in episcopio
Lateranense et fuit ibi per dies VIII usque dum omnem
substantiam illam depraedarent. Eodem tempore
direxit exinde ex parte ex ipsa substantia in ciuitate regia
ad Heraclium imp. Et postmodum ordinatus est sanctissimus uir
Seuerinus et reuersus est Isacius Rauenna. Hic
renouauit absidem beati Petri apostoli ex musiuo
quod dirutum erat. Hic dilexit clerum

et omnibus donum augmentauit; Fuit enim scs benignus super
omnes homines· amator pauperum· largus comissimus; Fecit autē
epos per diuersa loca· numr VIIII;· Hic demisit omni clero roga integra;
qui etiam sepultus est ad beatum petrum apostulum sub die IIII· non
augtas· et cessauit epus m IIII· d XXVIIII·

XXIIII· Iohannes natione dalmata· ex patre uenantio· scolastico· sed
annis I· m· VIIII· ; Hic temporibus suis misit per omnem dalmatiā·
seu histriam· multas pecunias per scīsimū et fidelisimum
martinum abbatem· propter redemptionem captiuorum·
qui depraedati erant a gentib; Eodem tempore fecit ecclesiam·
beatis martiribus uenantio· anastasio et mauro· et aliorum
multorum martyrum quorum reliquias de dalmatias et histrias
adduci praeceperat et recondit eas in ecclesia scā· iuxta fontem
lateranensem· iuxta oratorium beati iohannis euang;
quam ornauit et diuersa dona optulit; ubi supra arcus argenteos
II· pens singul· lib XV; simul et alia uasa argentea multa;
Fecit autem ordinationes II· per m decembr; prb XVIIII·
diac V; epos per diuersa loca numer XVIII·
hic dedisit omni clero roca integra· qui etiam sepultus est ad beatū
petrum apostolum· sub d IIII· id octobris; et cessauit epus· m I·
d XIII·

LXXV· Theodorus nationes grecus· ex patre theodoro epo·
de ciuitate hierusolima· sed annis sex· m· V· d XVIII;·
Hic fuit amator pauperum· largitor benignus sup omnes·
et multum misericors; huius temporibus mauricius
cartularius· per quem multa mala operatus est hisacius patricius·
cum iam increuissent peccata eius· a beato petro apostulo· ut eos
hereditaret ignis inextinguibilis; consilio ductus supra scriptus
mauricius· cum ipsis cum quibus antea deuastauerat ecclesia modi
intatizauit aduersus hisaciū patricium· et misit per omnes
castras qui erant sub ciuitate romana; per circuitū et congre
gauit eos· et constrinxit se cum ipsis in sacramento· ut de inceps
nullus ex ipsis oboediret hisacio· neque hominibus eius;
omnes adfirmabant eum quia sibi regnum inponere uoluisset·
audiens hec hisacius patricius· eo quod mauricius cum omnem
exercitum italiae sibi sacramenta dedisset·
misit donum magistrum militum· et sacellarium suum ad ciuita
te romanā cum exercitu; qui ueniens in ciuitate romana
omnes iudices seu exercitus romanus· qui prius secum
mauricio sacramenta constrinxerunt· timore m ducti· dere
lentes mauricium cartularium· omnes secum dono fecerunt;

ad limina apostolorum ... libellum ... super propositionem apostolicae
... praedicatione cunctoque clero et populo condemnavit ... libello omnia quae ...
... in quo ... immaculatam ... fidem ... his ...
... in populo ...
... Tunc ... papa ...
...
anathema ... propria ...
...
Eodem tempore levatum est corpus beatorum martyrum Primi et Feliciani ...
... et adducti sunt in urbe Roma ...
...
...
... et donaria ... Fecit et oratorium
beato Euplo martyri
foris porta beati Pauli apostoli, quem et dedicavit et ornavit. Tunc et ipse Theodorus papa scribsit
Paulo patriarchae regiae civitatis tam suggestionibus quam regularibus increpans; nec non per apocrisarios
ut dicatum est, per hoc maxime destinatis per sinodalem admonitionem et constantia qua dinoscitur
... ut ad orthodoxam fidem catholicae et apostolicae ecclesiae se emendaret.
Et neque suggestionibus neque increpationibus potuerunt eum a suo conamine quoquomodo revocare;
propter quod iusta ab apostolica sede ... depositionem ultionem percussit. Hic fecit
ordinationes I per mens. dec., presbiteros XXI, diaconos IIII; episcopos per diversa loca numero XLVI. Et cessavit episcopatus
dies LII. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum sub die pridie idus maias. ind. ... LXXVI.

Martinus, de civitate Tudertina provinciae Tusciae, sedit ann. VI m. I d. XXVI. Huius tem-
poribus Paulus Constantinopolitanae urbis episcopus inflatus supra se spiritu adversus rectam
sanctae Dei ecclesiae dogma audacter praesumpsit praedictis definitionibus contraire et ... studuit
ad corroborandum propriis erroris quibusdam subreptionibus ut clementissimo principe suadere
typum exponere qui catholicae dogma destrueret. In quo typo omnes omnino voces sanctorum
patrum cum nefandissimorum haereticorum dictionibus enervavit, nec unam nec duas volun-
tates aut operationes in Christo Domino nostro definiens confiteri, quadam huiusmodi pravitatem
suam defendens. Quod numquam nec a pronis haereticis praesumptum est in primis ...
studuit; in tantum ut altare nostrae sedis quod erat in domo Placidiae sacratum in ...
oraculo subvertens destrueret, prohibens ne adorandum et immaculatam hostiam apocrisarii
nostri ibidem Deo offerre valeant nec communionis sacramenta perciperent. Quin de-
licet apocrisarii qui ex praeceptione apostolicae auctoritatis commonuerunt eum ut de talibus haereti-
cis ... desisteret; nec non et constantiam ... viri persecutionibus diversis cum aliis orto-
doxis viris et venerabilibus sacerdotibus insecutus est, quosdam eorum in custodia retrudens,
alios in exilio deportans, aliorum autem verberibus submittens; quibus paene omnem mundum
conturbantibus et diversis locis querellas congerentes ad apostolicam nostram sedem
plurimi orthodoxi detulisse monstrantur, convincentes ut tolguris ... eius erroris
per apostolicam auctoritatem abscidatur conmentum, quatenus minime tolguris corporis catholicae
ecclesiae nocibilis eorum et heresis, lanceis diruptus valeret. Tunc Martinus sanctissimus
vir ... episcopos misit et congregavit episcopos in urbe Roma numero CV et fecit synodum secundum instituta
patrum orthodoxorum in ecclesia Salvatoris iuxta episcopio Lateranensis, residentibus episcopis, presbiteris, adstan-
tibus diaconibus et clero universo; et condemnaverunt Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrum
et Paulum patriarcham Constantinopolitanum, qui novitates contra immaculatam fidem prae-
sumpserunt innectere. Quippe etiam ipsa secluderent per pravas haereticorum dogmata contra
catholicam Dei ecclesiam confusionem concinnaverunt anathematizavit ... percussi sunt.
Quem synodum hodie archivo ecclesiae congnoscitur. Et faciens exemplaria per omnes tractus

capitula romanae ecclesiae congrua rescribi terminarunt. Duos metropolitanos episcopos deman-
dauit, dinge sibi per eos extractum, per quem denominatum pontificem coniurauit ac
adortauit ut apostolicae ecclesiae concilium adsignaret et quaeque quis aerrent
stabiliret et quae aduersa sunt sermone cessaret. Sed hic humana fragilitate timidus
hos nequaquam emendauit, per supradictos metropolitas direxit principem, post quem non
diu in hac uita durauit. Hic fecit episcopos per diuersa loca numero XVIII. Et cessauit episcopatus m. III
LXXXVIIII. SISINNIUS natione Syrus ex patre Iohanne sedit dies XX. Qui iure
podagrico humore ita tenebatur constrictus ut sibi cibum propriis manibus exhibere
non ualeret. Erat tamen constanti animo et curam agebat pro habitatoribus huius ciuitatis romanę.
Qui et calcarias pro restauratione murorum iussit decoqui. Uerum tamen repen-
tina morte defunctus est. Fecit autem episcopum in insula Corsica unum. Et cessauit episcopatus
mens. I dies XXVIII. XC. CONSTANTINUS NATIONE SYRUS
ex patre Iohanne sedit ann. VII dies XV. Uir mitissimus ualde. Cuius temporibus in urbe Roma
famis facta est magna per annos III, postquam tanta fuit ubertas ut fertilitatis copia
praeteritae famis inopiam obliuioni mandaret. Hic ordinauit Felicem archiepiscopum
Rauennatem, qui secundum priorum suorum solitum in scrinio noluit facere cautiones,
sed per potentiam iudicum exposuit ut maluit. Cuius cautio a pontifice in sacratissimam
confessionem beati Petri apostoli posita, non post multos dies et quasi igni conbusta reperta
est. Nam Rauennatium ciues et alia quae rupta dignam ultionis poenam multa acquirunt.
Missus quippe Iustinianus imp. Theodorum patricium et primicerium exercitus insule Sicilie
cum classe Rauennam ciuitatem coepit praefatum archiepiscopum arrogantem in
naui uinctum adduxit et omnes rebelles quos ibi repperit conpedibus strinxit, diuitias
eorum abstulit et Constantinopolim misit. Diuino iudicio et apostolorum principis
sententia qui inobedientes fuerunt apostolicae sedis amarissima morte perempti sunt.
Et isdem archiepiscopus luminibus priuatur, digna facta recipiens poena, exilio in Ponto
transmissus est insulam ac regionem. Hisdem temporibus misit supradictus imp. ad Cons-
tantinum pontificem sacram per quam iussit eum ad regiam ascendere urbem. Qui sanctis-
simus uir iussis imperatoris obtemperans ilico nauigia fecit parari quatenus
iter adgrederetur marinum. Et egressus ad portum Romanum die V mensis octub. ind. VIIII.
Secuti sunt eum Niceta episcopus de Silua Candida, Georgius episcopus Portuensis, Michahe-
lius, Paulus, Georgius presbiteri, Gregorius diac., Georgius secundicerius, Iohannes
defensorum primus, Cosmas saccellarius, Sisinnius nomincolator, Sergius scriniarius,
Dorotheus subdiac. et Iulianus subd. et de reliquis gradibus ecclesiae clerici pauci.
Uenientes igitur Neapolim, illic eum repperit Iohannis patricius et exarchus cogno-
mento Rizocopus, qui ueniens Romam decollauit Saiulum diac., Petrum archarium,
Sergium abb. presbiterum et Sergium ordinatorem. Pergens Rauennam pro quae sua nefandissi-
mis factis iudicio Dei illic turpissima morte occubuit. Georgius uero presbiter Neapolim
relictus est et pontifex cum suis Siciliam perrexit. Ubi Theodorus patricius et
stratigos languore detentus occurrit pontifici magna cum ueneratione salu-
tans atque suscipiens medellam adeptus est caelestem. Atque inde egrediens per Regium
et Cotronam transfretauit Callipolim. Ubi mortuus est Niceta episcopus. Dum uero
Ydronto moras faceret eo quod hiemps erat, illic suscepit sigillum imperialem
per Theophanium regionarium continentem ita ut ubi ubi denominatum coniunxerit.

pontifici omnes iudices ita eum honorifice susciperent quasi ipsum praesentialiter imperato
rem viderent. Unde egressus pervenit Graeciae in insula quae dicitur Cea; oc
currit Theofilus patricius et stratigos Carauisianorum cum summo honore suscipiens et am
plectens, ut iussio continebat. Sic absoluit pergere coeptum. A quo loco navigantes
venerunt ad septimum miliarium Constantinopolim. Ubi egressus Tiberius imp. filius Iustiniani
Augusti cum patriciis et omnibus inclitis et Cyrus patriarcha cum clero et populi multitu
dine, omnes laetantes et diem festum agentes. Pontifex et eius primates cum sellares
imperiales, sellares et frenos inauratos simul et mappulos ingressi sunt Constantinopolim;
et apostolicus pontifex cum camelauco in civitate ut solitus est Roma procedere
a palatio egressus in Placidias usque ubi placitum erat pervenit. Domnus autem Iustinianus imp. au
diens eius adventum magno repletus est gaudio; a Nicea Bythiniae misit sacram gratiarum actionem in
temptatione sollicitante dissociata agere plurimus princeps christianissime [illegible]
[illegible] causarum [illegible] doloris [illegible] correptionis [illegible]
divino cultu pariter cum imperio semper florente [illegible] refugium [illegible] mansu-
etudinis animum [illegible] religionis veneratione conjunctum [illegible] quid [illegible] huic
[illegible] vos agatis conperiatis fratres et consacerdotes meos probatissimos viros
[illegible] qui ecclesiae faciunt [illegible] legatio [illegible] causa reli-
gionis prosequentur [illegible] mansuetudinis hoc animo quo postolavit is annuetis
in perpetuum [illegible] universalis ecclesia consolantis. Expl. Dat. [illegible] rescriptum
Honorii Aug. ad Bonifatium papam in quo statuit ut si denuo ordinati fuerint duo ambo de civi-
tate pellantur. Victor Honorius inclitus triumphator semper augustus sco ad venerabili
Bonifatio papae urbis aeternae. Scripta beatitudinis tuae debita reverentiae gratulatione
suscepimus quibus [illegible] omnibus [illegible] deo maximas gratias quod [illegible] post
longum incommodum [illegible] dicimus sanitatem [illegible]
libus vestris gaudium nostrum sacrorum apicum adtestatione signamus ac [illegible]
[illegible] apostulatus [illegible] gaudium ac votum suum circa

INCP DECRETALE AB URBE ROMA EDITU DE RECIPIENDIS SIUE NON RECIPIENDIS LIBRIS FACTU
SINODU SUB GELASIO PAPA URBIS ROME CUM LXX EPIS ::: INCIP PROLOGUS

Ad discernendas uel intellegendas scripturas quas in nouo uel in ueteri testamento explanans edidit illud apos
tolicum nobis conuenit sermonis uerbo eloquium prophetaus in quid nobis respondere. Omnia autem probate ut plenius de ope
ratione credentes illas esse condiscat quas deuotione uel ... prius et postea cognitione ...
fuisse locutus per quas ergo nos credimus esse ... ibi intellegimus illud ubi dixit quod bonum est tenete ab omni repellen
das uel a catholicis respuendas scripturas quas ab hereticis scripturas esse cognouimus quas ergo uir eruditis
simus hieronimus repudiauit esse damnatur. sufficit nobis dicere ut ab omni specie mala abstineamus.

PREFATIO. Post propheticas uero atque apostolicas scripturas quibus ecclesia catholica per gratiam dei fundata est
ergo illud in memoriam putauimus quod quamuis uniuersae per orbem catholicae diffusae ecclesiae unus thalamus
xpisti tamen sancta romana ecclesia nullis synodicis constitutis ceteris ecclesiis praelata est sed euangelica uoce domini
saluatoris nostri primatum obtinuit tu es petrus inquiens et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et portae inferi non
praeualebunt aduersus eam et tibi dabo claues regni celorum et quecumque ligaueris super terram erunt ligata et in celo et quae
cumque solueris super terram erunt soluta et in celo. Addita est etiam societas beatissimi pauli apostoli uasis electionis qui non diuerso sicut heretici garriunt sed uno
tempore uno eodemque die gloriosa morte cum petro in urbe roma sub caesare nerone agonizans coronatus est et pa
riter supradictam sanctam romanam ecclesiam xpisto domino consecrarunt. taliaque omnibus urbibus in uniuerso mundo sua presentia
atque uenerando triumpho praetulerunt. Est ergo prima petri apostoli sedes romana ecclesia non habens rugam neque maculam
nec aliquid eiusmodi. Secunda autem sedes apud alexandriam beati petri nomine a marco eius discipulo et euangelista
consecrata est ipseque in egypto directus a petro apostolo uerbum ueritatis praedicauit et gloriosum consummauit martyri
um. Tertia uero sedes apud antiochiam eiusdem beatissimi petri apostoli habetur honorabilis eo quod ibidem prius
quam romam uenisset habitauit et illic primum nomen xpistianorum nouelle gentis exortum est et quamuis aliud fundamentum
tum nullus possit ponere praeter id quod positum est quod est xpistus ihesus. Tamen ad edificationem eadem sancta idem romana ecclesia
post illas ueteris uel noui testamenti quas regulariter suscipimus etiam has suscipi non prohibet scripturas: id est:

Sanctam synodum nicenam secundum trecentos decem et octo episcoporum mediante maximo constantino augusto.
Sanctam synodum ephesinam in qua nestorius damnatus est cum consensu beatissimi celestini papae mediante cherillo
alexandrine sedis antestite et arcadio episcopo ab italia destinato. Sanctam synodum calcidonensem
mediante marciano augusto et anatholio constantinopolitano episcopo in qua nestoriana et eutichiana heresis
simul cum dioscoro eiusque complicibus damnatae sunt. Opuscula beati cecilii cypriani martyris et car
taginensis episcopi. Opuscula beati gregorii nazanzeni episcopi. Opuscula beati basilii cappadocie episcopi.
Opuscula beati athanasii alexandrini episcopi. Opuscula theophili alexandrini episcopi. Opuscula beati cyrilli
alexandrini episcopi. Opuscula beati hilarii pictauensis episcopi. Opuscula beati iohannis constantinopolitani episcopi.
Opuscula beati ambrosii mediolanensis episcopi. Opuscula beati augustini yponeregiensis episcopi.
Opuscula beati hieronimi presbiteri. Opuscula beati prosperi uiri religiosissimi. Opuscula beati leonis
papae ad flauianum constantinopolitanum episcopum destinata cuius textum quispiam si usque ad unum iota disputaue
rit et non eam uenerabiliter in omnibus receperit anathema sit. Opuscula atque tractatus omnium patrum
orthodoxorum qui in nullo a consortio romanae ecclesiae deuiarunt nec ab eius fide uel praedicatione seiuncti sunt sed ipsius
communicationis per gratiam dei usque in ultimum diem uitae suae fuere participes legendos decernimus. Item decretales epistolas
quas beatissimi papae diuersis temporibus ab urbe roma pro diuersorum patrum consolatione dederunt uenerabiliter susci
piendas. Item gesta sanctorum martyrum qui multiplicibus tormentorum cruciatibus et mirabilibus confessionum triumphis inradiant; qui
ista catholicorum dubitet maiora eos in agonia fuisse perpessos nec suis uiribus sed dei gratia et adiutorio uniuersa tolerasse.
sed ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta romana ecclesia non leguntur quia et eorum qui conscripsere nomina
penitus ignorantur et ab infidelibus uel idiotis superflua aut minus apta quam rei ordo fuerit esse putantur.
Sicut cuiusdam quirici et iulitae sicut georgii aliorumque eius passiones quae ab hereticis perhibentur conpositae propter quod ut
dictum est ne uel leuis subsannandi oriretur occasio in sancta romana ecclesia non leguntur. Nos tamen cum predicta ecclesia omnes martyres et eorum gloriosos agones qui deo
magis quam hominibus noti sunt omni deuotione ueneramur. Item uitas patrum pauli antoni hilarionis et omnium
heremitarum quas tamen uir beatissimus descripsit hieronimus cum omni honore suscipimus. Item actus beati sil
uestri apostolicae sedis praesulis licet eius qui conscripsit nomen ignoretur a multis tamen in urbe roma a catholicis legi cog
nouimus et pro antiquo usu multae hoc imitantur ecclesiae. Item scriptura de inuentione sanctae crucis dominicae et alia scriptura
de inuentione capitis iohannis baptistae nouellae quidem relationes sunt et nonnulli eas catholici legunt sed cum haec ad catholicorum
manus peruenerint beati pauli apostoli praecedat sententia omnia probate quod bonum est tenete. Item rufinus uir religiosissimus
plurimos ecclesiastici operis edidit libros nonnullas etiam scripturas interpretatus est. sed quoniam beatissimus hieronimus
eum in aliquibus de arbitrii libertate notauit illa sentimus quae praedictum hieronimum sentire cognoscimus. et non solum de rufino
sed etiam de uniuersis quos uir saepius memoratus zelo dei et fidei religione reprehendit. Item origenis nonnulla opuscula
quae uir beatissimus hieronimus non repudiat legenda suscipimus reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda.

Item cronica eusebii caesariensis episcopi et eiusdem storiae ecclesiasticae libros quamuis in primo narrationis suae libro tepuerit et post in laudibus atque excusatione origenis unius scismatici conscripserit tamen propter rerum notitiam singularum quae ad instructionem pertinent usquequaque non dicimus renuenda. Orosium uirum eruditissimum conlaudamus qui ualde nobis necessariam aduersus paganorum calumnias dignam ordinauit storiam miraque breuitate contexuit.

Venerabilis uiri sedulii episcopi paschale opus quod heroicis descripsit uersibus insigni laude praeferimus. Iuuenci nihilominus laboriosum opus non spernimus sed miramur. Ceterum quae ab hereticis siue scismaticis conscripta uel praedicata sunt nequaquam recipit catholica et apostolica romana ecclesia. E quibus pauca quae ad memoriam uenerunt et a catholicis uitanda sunt credimus esse subdenda.

Item notitia de libris apocryphorum qui non recipiuntur. In primis ariminensem synodum a constantio caesare constantini augusti filio congregatam mediante tauro praefecto ex tunc et nunc et in aeternum confitemur esse damnatam. Itinerarium nomine petri apostoli quod appellatur sancti clementis libri numero decem apocryphum. Actus nomine andreae apostoli apocryphi. Actus nomine thomae apostoli apocryphum. Libri nomine ... apocryphum. Actus nomine petri apostoli apocryphi. Actus nomine philippi apostoli apocryphum. Euangelium nomine mathiae apocryphum. Euangelium nomine barnabae apocryphum. Euangelium nomine iacobi minoris apocryphum. Euangelium nomine petri apostoli apocryphum. Euangelia nomine thomae quibus manichei utuntur apocrypha. Euangelium nomine bartholomei apostoli apocryphum. Euangelium nomine andreae apostoli apocryphum. Euangelia quae falsauit lucianus apocrypha. Euangelia quae falsauit ysicius apocrypha. Liber de infantia saluatoris apocryphus. Liber de natiuitate saluatoris et de maria uel obstetrice apocryphus. Liber qui appellatur pastoris apocryphus. Libri omnes quos fecit leucius discipulus diaboli apocryphi. Liber qui appellatur fundamentum apocryphus. Liber qui appellatur thesaurus apocryphus. Liber de filiabus adae geneseos apocryphus. Liber qui appellatur actus sanctae teclae et pauli apostoli apocryphus. Liber qui appellatur nepotis apocryphus. Liber prouerbiorum qui ab hereticis conscriptus et sancti xisti nomine praesignatus apocryphus. Reuelatio quae appellatur thomae apostoli apocrypha. Reuelatio quae appellatur pauli apocrypha. Reuelatio quae appellatur stephani apocrypha. Liber qui appellatur transitus id est adsumptio sanctae mariae apocryphus. Liber qui appellatur paenitentia adae apocryphus. Liber de ogia nomine gigante qui cum dracone post diluuium ab hereticis pugnasse perhibetur apocryphus. Liber qui appellatur testamentum iob apocryphus. Liber qui appellatur paenitentia origenis apocryphus. Liber qui appellatur paenitentia sancti cypriani apocryphus. Liber qui appellatur iamnae et mambre apocryphus. Liber qui appellatur sortes apostolorum apocryphus. Liber physiologus qui ab hereticis conscriptus et beati ambrosii nomine praesignatus apocryphus. Storia eusebii pamphili apocrypha. Opuscula tertulliani apocrypha. Opuscula lactantii apocrypha. Opuscula africani apocrypha. Opuscula postumiani et galli apocrypha. Opuscula montani priscillae et maximillae. Opuscula omnia fausti manichei apocrypha. Opuscula commodiani apocrypha. Opuscula alterius clementis alexandrini apocrypha. Opuscula tascii cypriani apocrypha. Opuscula arnobii apocrypha. Opuscula ticonii apocrypha. Opuscula cassiani presbyteri galliarum apocrypha. Opuscula uictorini [illegible] apocrypha. Centimetrum de christo uirgilianis conpaginatum uersibus apocryphum. Epistola iesu ad abgarum apocrypha. Epistola abgari ad iesum apocrypha. Passio quirici et iulittae apocrypha. Scriptura quae appellatur salomonis contradictio apocrypha. Passio georgii apocrypha. Philacteria omnia quae non angelorum ut illi confingunt sed daemonum magis arte conscripta sunt apocrypha. Haec et omnia his similia quae simon magus nicolaus cerinthus marcion basilides ebion paulus etiam samosatenus fotinus et bonosus qui simili errore defecerunt. Montanus quoque cum suis obscenissimis sequacibus apollinaris ualentinus siue manicheus faustus africanus sabellius arrius macedonius eunomius nouatus sabbatius celestius donatus eustatius iouinianus pelagius iulianus et clanensis celestius maximinus priscillianus ab hispania nestorius constantinopolitanus maximus cynicus lampetius dioscorus eutyches petrus et alius petrus e quibus unus alexandriam alius antiochiam maculauit acacius constantinopolitanus cum consortibus suis necnon et omnes heresiarchae eorumque discipuli siue scismatici docuerunt uel conscripserunt quorum nomina minime retentauimus non solum repudiata uerum ab omni romana et apostolica ecclesia eliminata atque cum suis auctoribus auctorumque sequacibus sub anathemate insolubili uinculo in aeternum confitemur esse damnata.

Incipit dicta [illegible] Catecumini latine dicuntur instructi [illegible] dignitas. In his uero qui fidem christi instructi audiunt christi praecepta et crederent [illegible] a sacerdote consignati sunt et per exorcisma purgati et [illegible] necdum sacro baptismate sunt abluti; penitentes hi dicuntur in canone qui pro criminibus et maioribus culpis faciunt publicam penitentiam. Et sciendum est quia [illegible] non liceat fidelibus id est iam baptizatis mixtim esse cum audientibus id est catecuminis [illegible] tempore orationis et canonicae laudis et simul cum [illegible] psallere [illegible] et aliis laicis licet cum ipsis [illegible] prouincia [illegible] locus [illegible]

aecclae ubi adorandum & audiendum diuinu officiu stabant cathecumini id est instrui ut audientes; & infra aecctam sup istos erat similit ppriae locus statutus ubi stabant penitentes ut omis in ecclae introeuntes scirent eos de criminalib; culpis poenitere. & orarent p eis. & illi p hoc humiliati magis. reciperent uenia delictoru suoru & sup hos in alio ecclae spatio stabant ceteri fideles laici. segregati tamen a clericis;
Cumq; autem in quolib& cap canonis dicatur. ut p quacumq; criminali id est grauiori culpa eiciatur ab eccta quicumq; non est intellegendu ut fun ditus prohibeatur ab omni conuentu & auditione diuinae laudis & pceptorum di. Quod nimis absurdu est & contra praeceptum diuinae clementiae ut aegris a diuina excludatur medicina di qui p salute peccatorum est incarnatus & passus; & abiectus ab omni conuentu & consolatione fideliu diabulo tradatur. Sed p dicta ratio e intellegendu est ut eiciatur a communione id est consortio aliorum fideliu infra aecctam stant. tempore orationis & laudis di & stet p statutos annos adorandu & laudes di audiendum. extra aecctam int audientes id est cathecuminis & expletis his annis secundum iudiciu commissae culpe intret in aecctam in communionem. id est consortio orationis cum penitentib; Int quos expletis iterum annis secundum iudicium culpae suae redeat plenius a communione id est consortium ceterorum fidelium & pceptionis sacri corporis et sanguinis xpi;

opuscula fausti regiensis galliar ep. Opuscula frumenti ecci aep

Dixitque: ad eum quasi responsio singularis est. Adhuc requirere videamur.
Ecce etiam in hoc suscepi praeces tuas ut non subvertam urbem pro qua locutus es.
Festina salvare ibi quia non potero facere quicquam donec ingrediar illuc. Videt
Iudaeus dici angelum & asserit dominum. Audit arrianus duos patrem & filium dicentes
nec tamen eundem patrem & filium audit suscepi praeces tuas audit non potero
facere quicquam. Iudaeus legat angelus intellegat dominum. Sabellianus legat duo
venisse. Arrianus legat unum respondisse & non contemnant sed errorem
fugiant. Ne ad ignem perveniant redut plenius ostendatur dictum angeli
debere intellegi dominum lectionis huius sequentia recitemus. Igitur dominus inquit
pluit super sodomam & gomorram sulphur et igne a domino de caelo. Quid est dominus
a domino nisi filius a patre. Sicut est alio loco. Dixit dominus domino meo. Id est pater
filio sede ad dexteram meam donec ponam inimicos tuos scabillum pedum tuorum.
Item in exodo. Apparuit inquid angelus domini moysi in flamma ignis de rubo.
Et vidit quod rubus arderet & non cremaretur. Dixit moyses. Transiens
videbo hoc visum grandem. Cur usque non crematur rubus. Cum vidisset
autem dominus quoniam accedit videre vocavit eum dominus de rubo. Ecce ipse angelus
ipse dominus & sequitur dicens: moyses moyses. Ad ille dixit quid est. & ait ad eum
dominus ne accesseris huc. sed solve calciamentum de pedibus tuis. Locus enim
in quo stas terra sancta est. Adhuc audi et dixit illi ego sum deus patrum tuorum
Deus abraham et deus isaac et deus iacob. Et ideo iudaeus si audiat angelum ut in eo
legat dominum sabellianus sic confiteatur patrem & filium ut non dividat filium.
Ihesus etiam sicut liber dicit qui eius aperte conscriptus est nomine cum hostibus
dimicaret in ipso congressu procinctu vidit virum stantem contra se & eva
ginatum tenentem gladium perrexitque ad eum et ait. Noster es an adver
sariorum. Qui respondit. Nequaquam sed sum princeps exercitus domini. Et nunc
advenio. Et cecidit ihesus pronus in terram et adoravit. Sequere iudaee ducem
tuum. videt interrogat et adorat. Visio communionem habet. videtur enim
et quod agnoscatur ergo visio communionem habet interrogatio ignorationem.
Adoratio fidem. quem vidit hominem quis iste est homo. Ipse est cuius contra
inimicas gentes praenuntiabatur desiderabatur & expectabatur adventus
eius. Quis est iste princeps exercitus domini. Nonne ipse est qui in evangelio
cum interrogatus esset respondit principium quod & loquor vobis. Quid
turbaris. Item quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania.
Adversus dominum & adversus christum eius. Vides armatum noli metuere contra
te venio. Sed pro te quia non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus israhel.
Quis est tibi. quod vides interrogas et adoras. Audi hominem video interrogo
quem video audio quod non video adoro. Non quod video sed quod quaero.
Quia fides ex auditu auditus autem per verbum christi. Quid ago. queris quod agas ad
verte et sequere hominem video sed propter filius hominum est quod in
te lego. nescio quid mihi coruscat de latebris fulgidum. Aliquid splendet
vado ad eum quia venit ad me perscrutabo quaero et video hoc grande
visum. quod video homo est & non est homo. Immo homo est propter ma
nicheum et plus quam homo propter iudaeum. Perge perge ihesus meus
dux meus. perge quare quibus cum tu inquiris me ad quis. Ecce venio
homi[illegible]ne invenio nescio quid intellego. Obscurum est nondum video
Tec[illegible]ta est facies moysi velamen in pedita cie latet veritas non ag
nosco. Quid sit opus est interrogatio. dictu homo noster es an adversariorum.
si inimicus est [illegible]
Si adversariorum est & homo est & salvator est. Post me venit sed prior me
factus est. Si salvator est ihesus est. Interroget ihesus ihesum prior priorem

non se lucubrationibus quaerunt. nobis beatis que communia adque idipsum quod excellit in
homine id est mens et ratio subiciatur. porro quod est ipsa veritas unigenitus dei filius.
neque enim imperare inferioribus potest nisi superiori se ipse subiciat. Et haec est pax quae
datur in terra hominibus bonae voluntatis. haec vita consummati perfectique sapientis. De
huius modi regno pacatissimo et ordinatissimo missus est foras princeps huius saeculi
qui perversis inordinatisque dominatur. hac pace intrinsecus constituta adque firmata quas-
cumque persecutiones ille qui foras missus est forinsecus concitaverit auget gloriam quae
secundum deum est. Non aliquid in illo aedificio labefactat. sed deficientibus machinis suis
innotescere facit quanta firmitas intus extructa sit. Ideo sequitur. Beati qui perse-
cutionem patiuntur propter iustitiam. quia ipsorum est regnum caelorum. Sunt autem omnes
istae octo sententiae. Iam enim cetera compellans loquitur ad illos qui aderant dicens.
Beati eritis cum vobis maledicent et persequentur vos. Superiores autem sententias
generaliter dirigebat. Non enim dixit beati pauperes spiritu quoniam vestrum est regnum caelorum
sed quoniam ipsorum est inquit regnum caelorum. Neque beati mites quoniam vos possidebitis terram
sed quoniam ipsi possidebunt terram. et ita ceteras usque ad octavam sententiam. ubi ait
Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum caelorum. Inde iam
incipit loqui praesentes compellens. Cum et illa quae supra dicta sunt ad eos etiam
pertinerent qui praesentes audiebant. haec postea quae videntur praesentibus specialiter
dici pertinent etiam ad illos qui absentes vel post futuri erant. Quapropter iste sen-
tentiarum numerus diligenter considerandus est. Incipit enim beatitudo ab humilitate
Beati pauperes spiritu id est non inflati dum se divinae auctoritati subdit anima timens
post hanc vitam ne pergat ad poenas. etiam si forte in hac vita sibi beata esse videatur.
Inde venit ad divinarum scripturarum cognitionem. ubi oportet eam se mitem praebere
pietate. Ne id quod imperitis videtur absurdum vituperare audeat et pervicacibus
concertationibus efficiatur indocilis. Inde iam incipit scire quibus nodis saeculi huius per car-
nalem consuetudinem ac peccata teneatur. Itaque in hoc tertio gradu in quo scientia
est lugetur amissio summi boni. quia inheretur extremis. In quarto autem gradu
labor est. ubi vehementer incumbitur. ut sese animus avellat ab eis quibus pestifera
dulcedine innexus est. hic ergo esuritur et sititur iustitiae multum necessaria
fortitudo. quia non relinquitur sine dolore quod cum delectatione retinetur.
Quinto autem gradu perseverantibus in labore datur evadendi consilium. quia nisi quisque
adiuvetur a superiore nullo modo sibi est idoneus ut sese tantis miseriarum implicamentis
expediat. Est autem iustum consilium ut qui se a potentiore adiuvari vult adiuvet
infirmiorem in quo est ipse potentior. Itaque beati misericordes quia ipsorum miserebitur.
Sexto gradu est cordis munditia de bona conscientia bonorum operum valens ad contem-
plandum illud summum bonum quod solo puro et sereno intellectu cerni potest.
Postrema est septima ipsa sapientia id est contemplatio veritatis pacificans totum
hominem et suscipiens similitudinem dei. quae ita concluditur. Beati pacifici quoniam
filii dei vocabuntur. Octava tamquam ad caput redit quia consummatum
perfectumque ostendit et probat. Itaque in prima et in octava nominatum est regnum
caelorum. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum caelorum. et beati qui per-
secutionem patiuntur propter iustitiam. quoniam ipsorum est regnum caelorum.
Cum iam dicitur. quis nos separabit a caritate Christi. tribulatio an angustia an
persecutio an fames an nuditas an periculum an gladius. Septem sunt
ergo quae perficiunt. Nam octava clarificat et quod perfectum est demonstrat
ut per hos gradus perficiantur et ceteri tamquam a capite rursus exordiens. Videtur
ergo mihi etiam septiformis operatio spiritus sancti de quo Esaias loquitur his gra-
dibus sententiisque congruere. Sed interest ordinis. Nam ibi enumeratio ab
excellentioribus coepit hic vero ab inferioribus. Ibi namque incipit a sapientia

fuscarum inquid et decora. O filie hierusalem. et dns p̄ prophetam uocis one respondit et dicit tota
speciosa es sicut sol. et perfecta sicut luna. et iterum semel iuraui in sco meo si dauid mentiar semen
eius in eternum manebit. et thronus eius sicut sol in conspectu meo. et sicut luna perfecta in eternum
hoc autem ecclesia eius in xpo totum manet. et conpetit sacramentum aduentus simmenuamq; repen
tamus tauide. lune perfectissimum cursum. uel usus eius. quomodo cancellis diebus singulis
inmatecro noueris terminatum. ex kalendis in quam ianuarii in pridie illius diei supputabis. in quo
est luna quota sit queris sed forsitan dicis quare in pridie et quota sit luna in sequenti.
significat die quia ex kalendis usq; ianuarii summam colligis. et quota in his fuerit luna sup
inmittis numquid ne unum diebus patiatur. uel duplicatum sup putare singularem. aliquatenus
in numero possis itaq; in his partiris sexagenam et quod fuerit partitus supradictum numerum poni
in quib; similiter tricesimam partiris et in quo usdie ... quota sit luna quemadmodum
p dies et annos singulos. peritissime designabis quamuis unius cuiusq; pascha natales nonnisi primi
mensis nouus generatus est ... primus mensis a tertio nonas martias die usq; in quartum
nonas aprilium ... cunctis plerumq; esse dicatur. certa atq; digesta ratione monstratur ... in his
uiginti noue diebus pascalis ... primum annalem circulum ueridicis documentis
euidentius ostendat. ... et lune fabrica q; die quintum kalendas aprilium sump... sit exordium
conputamus dies trecentos liberos quadraginta occurrisse ad futurum quintum nonas martias
diem sup quos dies addimus lunam quintam decimam in qua utiq; plenitudine die presentium quintum
kalendas aprilium ad uesperum a dno fuerat constituta. et fiunt dies trecenti quinquaginta
quinq; in quib; partiris sexagesimam et habes quinques deinceps addes supra summam superiorem

et fiunt dies trecenti sexaginta deinde partiris tricesimam et inuenies decursis duodecies super
esse lunam et quod quinta decima luna plena uel usq; quintum kalendas aprilis fuerat
facta pridie idus aprilis ... cum bis septenuat. adsuum mensem primum impleuit ... quod noui
luminis iudeis preceptum est obseruare usq; in hodiernum diem secundum uero mensem quartum idus maias impleuit
tertium mensem quartum idus iunias. quartum mensem sextum idus iulias quintum mensem sextum idus
augustas sextum mensem septimum idus septembres septimum mensem pridie nonas octobres. octauum mensem
nonis nouembribus. nonum mensem pridie nonas decembres decimum mensem tertio nonas ianuarias undecimum
mensem kalendis februariis duodecimum mensem quintum nonas martias et habes dies trecentos quinquaginta
quinq; quos continet annus primus ... Quindecim diebus lune quota utiq; plena et perfecta fuerit
facta. nam a quintum nonas in quartum nonas martias dies supputatio pronuntiat luna quidem scilicet
dies inter quintum et tertio medius in quo luna deinde et nonas sic quidem dies unus inuenitur si
plenus itaq; a die ipso mensis in quo ... non potest primus sed a tertium nonarum martiarum
in quartum nonas aprilium diem in quartum nonarum pridie hoc est in die kalendarum aprilium
conputamus et quintum kalendas et eundem preteriti id est primi anni in quo die ... luna
... insignis et in temporibus et in diebus et in annis a dno fuerant constituta. et inuenies
... lunam quintam decimam in quo ...
... dies trecentos septuaginta sup quos addimus lunam quintam decimam in quo ...
... dies trecenti octoginta quinq; ex quibus diebus partiris sexagesimam
... et fiunt dies trecenti nona-
ginta et habes sex ... has predicte summe adiungis et fiunt dies trecenti
... partiris tricesimam et inuenies decurs tres sic superesse ...
... ex die tertio nonarum martiarum usq; in diem quartum nonarum aprilium primam lunam
querere debemus quam in quocumq; die ex istis uiginti nouem diebus luna prima cum fuerit
inde incipit mensis primus in quo mense pascha sacratissimum ... precepit
omnipotens ds sicut in exodo testatur et dicit. diem festum pasche obseruabitis
septem diebus ... sicut precepi tibi per tempus mensis nouorum in eo
enim existis de terra egypti ... et dicit primo mense

Nouatianor episcopor uenien
tē in catholico recipi inuitu
peccare non est peccatus XVII·
Itius de papae ad rusticu epm·
narbonensem· I·
clericos puinciales elegantē·
epm de ppria puincia epi· ordi
nente pōm· II Non repudiet
sacerdos uxorē· suā· III· diac
prb· separentur ab uxorib;
Uxores qui in matrimonio datur
IIII Concubanones et uxor si ac
cilla deiecta fuerit duplicata
nones t uxorē· ducere· V ex
communicatis mortuis non cō
municandū· VI qui differunt
penitentiā accipere et si ad ar
dius de tureis· VII penitens ne
gotiū· non agat· VIII quod adml
litiā· seculare ps penitentiā·
redire· VIIII adulescens pe
nitens accipiat uxorē penitens
ecclesiasticū iudiciū· audiat
non forē secū· XI· Monacus
qui deseruerit ppositū suū·
public faciat penitentiā XIII
Puelle si pmiserint ex se uirgi
nitatē et postea maritauerint
se preuaricates sunt· XIIII
Licet baptizare quē suspicat
non baptizatō XV qui se bapti
zatos dicunt et nesciunt in qua

Fide p manus inpositionis tran
seat· XVI Qui manducauerit cū
immolaticiis ieiunent et p manus
inpositionis transeat· Si certe
idola adorauerit aut homicidiis
aut fornicationib; intersint pe
nitentiā agant· XVIII It· eius
de Leonis ad sicillenses epos·
terna mersio fiat in baptismo
pascae et pentecen baptizentur
XVIIII It· eius de [illegible]
nic [illegible] ps captiuitatē muli
er ad suū· martū reuocet et si ali
ū acceperit si noluerit excomu
nicetur· Q in captiuitatē man
ducauerunt immolaticia penitant
penitens cōmunicat ante tēpus
predictū· XX· eius dē· Leonis ad diuer
sos epos· I· Sine libertate cleri
cus uel sacerdos non ordinetur
qui a pullitur ministeriū· II·
Uiduar maritis sacerdotes non
fiant· III· Clericius uras uel ne
gotiā non agant XXI· eius dē leonis
ad Theodorū· epm· Consolendi
sunt metropolitani in causis
In die obitis nec penitentia nec re
conciliatione neganda est·
Si qis penitentiā· petierit et pos
tea alienatus fuerit accipiat·
XXII· eius dē leonis ad Leonē· ep[illegible]
Qui se nescit baptizatū· baptize
tur

x pag. 648.

eccl(esi)e relinquunt aut nihil
habentes aliqua tamen
predia aut familiis eccl(esi)e
suis conquirunt licebit
illis aliquos de familiis
eiusdem eccl(esi)e manumit-
tere iuxta rei conlate modum
quem antiqui canones decre-
uerunt. ita ut cum peculio
et posteritate sua inge-
nui sub patrocinio eccl(esi)e ma-
neant. hutilitatis in iun-
tas sibi iuxta quod potue-
rint prosequentes.

LXX. Liberti eccl(esi)e quia
numquam moritur eorum
patrona a patrocinio eius
numquam discedant nec pos-
teritas quidem eorum si-
cut priores canones decre-
uerunt. hanc et forte liber-
tas eorum in futura plenior
pateat ipsaque posteritas
naturali ingenuitate
obnitens sese ab eccl(esi)e
patrocinio subtra-
hat necesse est ut tam
idem liberti quam ab eis pro-
geniti professionem ep(iscop)o
suo faciant per quam se ex
familia eccl(esi)e liberos ef-
fectos esse fateantur.

eiusque patrocinium
non relinquant. Sed
iuxta uirtutem suam
obsequium ei uel obe-
dientiam prebeant.

LXXI. Liberti eccl(esi)e
qui a patrocinio eius dis-
cedentes quibuslibet
personis adheserunt
manumissio eorum irri-
ta sit quia per inobedi-
entie contemptu inlici-
ta actione tenentur.

LXXII. Liberti qui a qui-
buscumq(ue) manumissi
sunt adq(ue) eccl(esi)e patro-
cinio commendati exis-
tunt. Sicut regule
antiquorum patrum
constituerunt sacer-
dotali defensione a cu-
iuslibet insolentia pro-
tegantur siue in sta-
tu libertatis eorum
seu in peculio quod
habere noscuntur.

Sinodo arelatense: c[illegible]
Placuit ut quamtum p[illegible]
inhibeatur uiris ne [illegible]
rem uiuente [illegible] licet [illegible]
ducat super eam quicumque [illegible]
[illegible] catholica com-munione

Placuit ut si qui mulierem corruptam cl(er)icus non ducat uxorem uel hi qui
cum mulierem corruptam duxerit non admittantur ad clerum.



INCP LIB DE NATURA RERU

NATURA RERUM UARIAS LABEN
TIS ET AEUI PERTRINXI TI
TULIS TEMPORA LATA CITIS
IACOB DĪ FAMULUS TU FIX UOB
SEC ROPERENNE(M) QUI LE
GIS ASTRA SUPER MENTE
TUERE DIEM

I DE QUADRIFARIO DI OPERE

OPERATIO DIUINA QUAE SAE
CULA CREABIT ET GUBERNAT
QUADRIFORMIS RATIONE
DISTINGUITUR PRIMO QUOD
HAEC IN UERBI DĪ DISPENSA
TIONĒ NON FACTA SED AE
TERNA SUNT QUI NOS APOS
TOLO TESTE ANTE TEMPORA
SECULARIA PREDESTINABIT
IN REGNUM SECUNDO QUOD
IN MATERIA INFORMI PARI
TER ELEMENTA MUNDI FAC
TA SUNT UBI QUI UIUIT IN AE
TERNŪ CREABIT OMNIA SIMUL
TERTIO QUOD EADEM MATERIES
SECUNDŪ CAUSAS SIMUL CREA
TUS NON IAM SIMUL DISTINC
TIONES EX PRIMORŪ DIERUM
IN CAELESTEM TERRESTREQ;
CREATURA FIRMATUR
QUARTO QUOD EX EIUSDEM CREA
TURE SEMINIB; ET PRIMOR
DIALIB; CAUSIS TOTIUS SCLI
TEMPUS NATURALI CURE SUP
AGITUR UBI PATER USQ; NUNC
OPERATUR ET FILIUS UBI ETIĀ
CORUOS PASCIT ET LILIA UESTIT S

II DE MUNDI FORMATIONE

IN IPSO QUIDEM PRINCIPIO CONDI
TIONIS FACTA SUNT CAELUM
TERRAM ANGELI AER ET
AQUA DE NIHILO DIE UERO
PRIMA LUX FACTA EST ET IPSA
DE NIHILO SAECUNDŪ FIRMA
MENTŪ IN MEDIO AQUARUM
TERTIO SPECIES MARIS ET TER
RE CUM EIS QUAE EX TERRA
RADICITUS INHERENT QUAR
TO LUMINARIA CAELI DE LUMI
NE PRIMO DIE FACTO QUINTO
NATILIA ET UOLATILIA DE AQUIS
SEXTO RELIQUA ANIMALIA
DE TERRA ET HOMO CARNE
QUIDEM DE TERRA ANIMA
UERO DE NIHILO CREATUS
QUI IN PARADISO QUĒ DNS
A PRINCIPIO PLANTABERAT
CONSTITUITUR SEPTIMO
DNS REQUIEBIT NON A CREA
TURE GUBERNATIONE CUM
IN IPSO UIUAMUS ET MORIAMUR

310R


Tamdiu suffocat donec ueniens
terrae diffusus fomenta
ignis accendat. hinc scillei
canes latrare finguntur
dum periculum nauigantes undarum
fremore terrentur quas sor
bente uoragine conliditaes
tus. diuisio terrae
LXI. Terrarum orbis uniuer
sus oceano cinctus in tres
diuiditur partes. Europam
asiam africam. Orico aboc
casu solis et gaditano fre
to qua inrumpens oceanus
athlanticus in maria inte
riora diffunditur. hinc
intranti dextera africa
leua est europa. Inter has
asia magnitudine conpar
aliis duobus termini amnes
tanais et nilus. XV passuum.
In longitudine quas diximus
fauces oceani patent. V. in
latitudine. Europa ergo
ab occidente usq; ad septen
trionem. asia uero ad sep
tentrionem usq; per orien
tem usq; ad meridiem. At
que inde africa a meridie
usq; ad occidentem extendi
tur. EXP. LIB. DE NATURA
RERUM

INCP. EPIST. LIAM AL
CUINI DIACONI QUI ET FLAC
CUS AD DNM CAROLUM
QUI ET DAUID
Dilecto adq; ad dilecto dauid
regis flaccus in fide et
caritate perpetuam in XPO salu
tem. dulcissima pietatis ues
tre munera mihi fridegisis ser
bolus uir adtulit in quib; utrumq;
et dilectioni inueni in me
et sapientia m consid...
quae si quo ... dummodo quattuor
dierum munera primordia
les quattuor dierum creatio
nes designarent. Et ego iaco
bus diaco. de has epistolam sca
rapsi tulique de aritmeti
ca seu de astronomia p
tin & uel a bis extum. Et
quia prima die lux con
dita est prima die
lucis materiam
ostendit mihi
Secunda cre
ator firma
menti pul
chritudi
nem

Eterunt totius anni ccclxv
dies et sex horae· Quia antea
habuisq· cxxvi· horas has
sex horas per quadriennium
ductas faciunt xxiiii· horas
quod est unus dies quem lat
ini bi sextum vocant· et si non
adderetur in februario
iiii° anno haec dies intra
r&· itaq; sol· xiiii kl apr pri
ma hora noctis in ariete
et post cxx annos traditas
solis dum ariete intrare
debuisset intrasset itaq;
taurum· Ni dies xxx in cxx
annis bisextiles augentur
cursu illius· haec et huius
modi rationes tam suaves
sunt in consideratione
scientib; ut et certe res sapientes phi
losophiae solent res ediscent
& intellegent eas quid aliat in so
le & luna et siderib; conside
ramus et miseramur Nisi sia
pient quae creatoris et cursu illorum
naturales fertur itaq; Abraam
patriarcham ex astrologiae
rationem creatorem deum intel
lexisse

et venerasse et exinde ami
cus di appellatus est· Si vis
scire quomodo adcrescunt
singulis mensib; solaris cur
sus decim semis horas mul
plicam decim per decim fiunt c·
Quia una hora decim hab&
minuta· Decies vero decim
minutam faciunt c· de unicuiq;
die ex xxx dieb; Triam minuta
fiunt xc minutae & permanent
decim minuta his adde v mi
nuta quae fiunt ex dimidia hora
et fiunt xv minuta haec parti
re per xxx facies tricies di
midium minutum quindecim
minuta· Et adcrescunt eo dies
in xxx diebus minutae & dimi
diam per singulos menses & si scire
vis quantum cotidie crescat ad
bis sextum per singulos minutae
fiunt sicut v· Sexta pars singulis
minutorum tertia cotidie ut dimi
dia hora fiat per menses unum hanc
dimidiam horam duc duodecies
& fiunt sex horae has multiplica in
quattuor quatuor sex faciunt xxiiii·
quod sunt horae unius diei qui per quae
dum annum colligitur ut bis sextus
fieri possit. Nam ccclxvi dies
quis non annus numerat

multum ualet in circulum anni
Nam ccclx faciunt sexies sexagin
ta. Quis sexagenarius perde
narium peragitur. In numeris sexagena
rius numerum perdenarium esse
perfectum. Sicut senarius per uni
tatem. Num unum duo et tres sex
faciunt et est perfectus numerus
in partibus suis. Ita sexagenarius quan
dam perfectionem habet si peragitur
perdenarium numerum. Nam semel
decim et bis decim et ter decim lx sunt.
Nam quantum ualet in primum uer
su numerorum senarius ut perue
niatur ad decim. tantum ualet in se
cundo uersum numerorum sexage
narius ut perueniatur ad c. Quinque
uero dies qui super sunt trecentis sexa
ginta diebus in singulis mensibus est
sexta pars mensis uniuscuiusque;
Sexta uero hore ex quibus quarto anno sex
ta dies accrescit habent perfectionem
suam in partitionem senarii numeri
Sicut a paulo ante praefecimus. et sicut
creator aequissimus in sex diebus
fecit omnia opera primordialis mundi
ut significaretur in perfectione
numeri senarii. Omnia in naturis
suis fecit esse perfecta. et ille ipse
creator magnus admirabilis perfec
tus est in natura sua. Cui placuit omnia
in senarii numeri perfectione perfi
cere. Unde et sexta die creatus est ho
mo perfectus anima et corpore quod pp
quae omnia creata sunt quae sex diebus
condita esse legunt.

Sexta uero hore

communionem, alia propter personarum proprietatem. Nam alius pater, alius filius, alius
spiritus sanctus: sed alius quidem, non aliud; quia pariter simplex, pariter quem incommutabilem
bonum et coaeternum. Pater solus non est de alio, ideo solus appellatur ingenitus. Filius solus
de patre est natus, ideo solus dicitur genitus. Spiritus sanctus solus de patre et filio procedit, ideo
solus amborum nuncupatur spiritus. In hac trinitate alia appellativa nomina, alia propria sunt.
Propria sunt essentialia, ut deus, dominus, omnipotens, inmutabilis, inmortalis; et inde propria, quia ipsam
substantiam significant qua unum sunt. Appellativa vero pater et filius et spiritus sanctus, ingenitus
et genitus et procedens. Eadem et relativa, quia ad se invicem referuntur. Cum
enim dicitur deus, essentia est, quia ad se ipsum dicitur. Cum vero dicitur pater et filius et
spiritus sanctus, relative dicuntur, quia ad se invicem referuntur. Nam pater non ad se ip-
sum, sed ad filium relative dicitur, quia est ei filius; sic et filius relative dicitur, quia
est ei pater; sic et spiritus sanctus, quia est patris et filii spiritus. His autem appellationibus hoc sig-
nificatur quod ad se invicem referuntur, non ipsa substantia qua unum sunt. Proinde
trinitas in relativis personarum nominibus est; deitas non triplicatur, sed in singularitate
est; quia si triplicatur, deorum inducimus pluralitatem. Nomen autem deorum in angelis et
sanctis hominibus ideo pluraliter dicitur, propter quod non sint merito aequales. De quibus
psalmus: Ego dixi: dii estis. De patre autem et filio et spiritu sancto propter unam et aequalem
divinitatem nomen deorum non est, sed dei esse ostenditur, sicut ait apostolus: Nobis tamen
unus deus; vel sicut voce divina dicitur: Audi Israhel, dominus deus tuus deus unus est: scilicet
ut et trinitas sit et unus dominus deus sit. Fides apud Graecos de trinitate hoc modo est: una usia,
ac si dicat una natura aut una essentia; tres ypostasis, quod resonat in Latinum vel per
tres personas vel tres substantias. Nam Latinitas proprie non dicit de deo nisi essentiam; substantiam
vero non proprie dicit, sed abusive; quoniam vere substantia apud Graecos persona intel-
legitur, non natura.

CURA SANITATIS TIBERII CAESARIS AUGUSTI ET DAMNATIO PILATI.

FACTUM EST AUTEM CUM TIBERIO ET VITELLIO CONSULIBUS EODEM TEM-
PORE TIBERIUS CAESAR CONSILIO INITO IN PARTIS HIERUSOLIMARUM
VIRUM PRUDENTEM DIRIGERE UT IESUM CHRISTUM POSSIT VIDERE QUIA MULTA DE EO
MIRABILIA AUDIEBAT ET QUOD MORTUOS SUSCITARET ET AEGRITUDINEM
IN POPULO VERBO SUO SANARET TAM PER SE QUAM ETIAM PER DISCIPULOS
SUOS CURABAT. HOC ENIM CONSILIO SUO INITUM DICENS SI DEUS EST PRAESTARE
POTEST SI AUTEM HOMO EST MANERE NOS POTEST ET TEMPLUM UBIQUE GUBER-
NARE PER EUM POSSUMUS TAMEN QUIA PER LANGUOREM INFIRMITAS CORPORIS
[illegible] HOMO PRUDENS QUI EUM AD NOS CUM ROGO ET MAGNA CUM HONORE
PERDUCERE POSSIT VEL SECRETO ITAQUE INLUSTREM VIRUM VOLUSIANUM SACERDOTEM
TEMPLI IAM EX [illegible] PLACUIT ET PRIVATUM DIREXIT
ET MISIT EUM IN PARTEM HIERUSOLIMARUM UT EUM TAM SUO
ROGO QUAM CAESARI AUGUSTI SUB REVERENTIA ET HONORE
AD EUM PERDUCERET QUIA DOLORE NIMIO PERURGUEBATUR ET IN
SECRETIORA EIUS PUTREDINEM ET CONTINUO ULNERES.

INCIPIVNT GENEALOGIE TOTIVS BI
BLIOTECAE EX OMNIBVS LIBRIS COL
LECTAE VETERIS NOVIQ(VE) TESTAMENTI
IN QVIBVS PROPHETIA CVM NOMI
NIBVS ET TEMPORA OMNIVM PRO
FETARVM VSQVE AD BEATISSIMVM
CYPRIANVM DESIGNANTVR ET AD
NOSTRAM AETATEM QVID FVERIT GESTV
APERTISSIME MONSTRATVR EX
STORIIS COLLECTV LEGALIV MANDATOR

ipse est qui exclusit assur filium sem id est filium [illegible] terminae dificauit
babylonem et orec et archad et chalane in terra [illegible] secus in finibus chanaan sedit au babyloniam in nobilibus [illegible]
cinta muri eius alti pedibus ducenti et lati pedes lxx ut hoc solinus adserit qui totum describit ambitum
mundi. Secundus autem filius cham mestrem [illegible] nomen eius id est tottum olens. hic optinuit egyptum
huic nati erant filii sex et ista nomina eorum. Primitiuus ludim id est sumpe cotidie [illegible]. Secundus
aenamiam id est properatus est. Tertius laabim id est iracundus. Quartus neptuim id est inpla
tus. Quintus patrosim id est crudus. Sextus casloim id est conuiuium. De isto casloim nati sunt
filistim et capthorim. Tertius uero filius cham phut fuit nomen eius id est praefatus hic nus quae compa
rauit. Quartus uero chanaan id est adorans iniquitatem. Nam ipsi chanaan nati sunt filii undecim.
Primitiuus sidona id est [illegible] in iudicium uena [illegible] id est [illegible] unde fuit iezabel
quae colebat idolum sidoniensium baal. Secundus uero cetheus id est peccans. Tertius iebuseus id est
conpusit. hic edificauit hierusalem propterea iebus dicta est secundum nomen eius. Quartus amor
reus id est bilia bundus. Quintus gergesseus id est credimus. Sextus eueus id est coluber.
Septimus aruceus id est scotomatur. Octauus asenneus id est noue eius. Nonus azyrius id est
iracundus. Decimus samareus id est audiuit [illegible]. Undecimus amattheus id est delinquens.
hi sunt filii chanaan undecim. et post hoc dispersi sunt tribus chananeorum et facti sunt fines
chananeorum a sidone usque quo uenias agerara et gaza ascalona azotu et geth et usque quo
uenias sodomam et gomorram adamam et seboim et usque labam quae dicitur segor ubi confugerat
loth [illegible] terra chanaan. hi turrem edificauerant ex lateribus coctis et uitumenis
fuerat prolito et ibi confundi [illegible] linguas eorum. Ut quod quis postulabat non hoc acciperet.
hoc tempore eber factus est unde lingua hebrea dicta est secundum hebreos

INCIPIUNT GENERATIONES IAFET FILII NOE

Tertius uero filius noe nomine iafet quod dilatio interpretatur. huic erat uxor nomine [illegible] ruth ex
hac genuit primitiuum gomer id est consumatus huic erant filii tres. primitiuus nomine aschanaz
id est ignis ardens. Secundus rifat id est [illegible]. Tertius thargoma id est [illegible]. Se
cundus uero filius iafeth magog fuit nomen eius hic optinuit pamphylia. Tertius uero
madias hic optinuit partiam. Quartus lothan hic optinuit greciam hic est pater syrorum
palestinorum et de ipso nati sunt filii quattuor. Primitiuus elisa id est ad [illegible]. Secund.
tharsis id est cladiator hic edificauit ciuitatem nomine tharso secundum nomen suum
in qua uolebat fugere iona a facie domini. Tertius citi id est calcabo te. Quartus rodi id est condi
ratus ab his designate sunt insule gentium in terris illorum et preceps sibi sermone unus
quisque in suo genere et in suis gentibus. Quintus filius iafet elisa dicitur id est ad [illegible]
Sextus thobel id est uberauit. Septimus mosoc id est sagittarius. Octauus thyras
id est lanciator hi karthagine obtinuerunt secundum auctoris dictum. Tyrii tenuere
coloni kartago urbs antiqua fuit a tyri tyrorum. hi sunt octo filii iafeth nepotes noe
ipsi obtinuerunt pamphiliam partiam et macedoniam greciam rodiam et ciliciam inde rodi citi
maziani te cum kartaginiensibus et tharsensibus.

INCIPIT REMEMORATIO SALAE NEPOTIS SEM FILII NOE

Redeamus ad sala nepotem sem filii noe ipse est sala qui uixit annis centum quinquaginta vii
et genuit eber et uixit postquam genuit eber annis [illegible] et mortuus est. qui
eber uixit annis centum quadraginta quattuor et genuit filios duos primitiuum nomine
faleg id est partitus. Quia [illegible] sub ipso diuisi sunt filii et nepotes noe. Secun
dus uero filius eber iectan dictus est id est pusillus. huic erant filii duodecim. primitiuus no
mine elmodad id est agitatus. Secundus salef id est alienatus. Tertius sarmoth id est
domus mortis. Quartus sereuth id est uisibilis. Quintus adoram id est satis altum.
Sextus azael id est [illegible]. Septimus declaz id est transibit. Octauus abimeleth id est
nubilum. Nonus soba id est tolle [illegible]. Decimus ufer id est locus curationis. Undecimus
euilath id est ostende hoc. Duodecimus iobab id est amans deum. hi sunt duodecim
filii iectan et facta est commoratio eorum a massa usque quo uenias gofer montem